Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169031-p0001-7

1770.

1. Maier, Joannes Christianus: Historia juris Germanici antiquissimi circa homicidium.

2. Oeltze, Gottlob Eusebius: De creditore sibi vigilante

3. Reichardt, Jo. Augustus: De operis venaticis.

4. Walchius, Carolus Fridericus: De consensu domini directi in alienationem feudi dato, ~~de~~ in ejus oppignorationem non extendendo.

5. Walchius, Carolus Fridericus: De successione descendentium feudali.

6. Walchius, Carolus Fridericus: De compensatione creditorum in concursu.

1771.

1. Hellfeld, Jo. Augustus: Programma: „De ea, quod in hypothecis tacitis aequum vel iniquum est", quo Georgi Guilielmi ab Eitzen disputationem inaugurali indicit.

1771.

2. Hellfeld, Jo. Augustus: De praerogativa hypotheca publicae tacitae aeque ac expressae competente

3. Hellfeld, Jo. August, Fac. jur. ex decanus: Programma: „De appignoratione allodiorum avitorum", quo Johannes ab Eitzen disputationem inaug... indicit

4. Hellfeld, Jo. Augustus: De hypotheca fisci praesertim in bonis post contractum quaesitis

5. Hellfeld, Jo. Augustus, Fac. jur. decanus: De eo, quod in hypotheca tacita minoribus competente aequum videtur. Programma, quo ... Jo. Christiani Maier solemnia inaug. indicit.

6a et b. Hellfeld, Jo. August: De seculari jurisdictione in clericos delinquentes. 2 Exempl.

7. Hellfeld, Jo. Augustus: De modis obligandi per religionem simulque solemnia inauguralia Christ. Frid. Stoltenberg indicit

1771

8. Schmidt, Joach. Erdm.: De statuum imperii Romano-Germanici jure reformandi.

9. Truetzschler, Fridericus Carolus Adolphus: De donatione inter conjuges per alium facta prohibita.

10. Walchius, Carol. Frid.: Programma: „De laicis judiciorum veterum Germaniae ecclesiasticorum scabinis, quo ... Christiani Guilielmi Melis ... disputationem sollemnem ... indicit.

11. Walchius, Car. Frider.: De possessore legum ex sententia non possidente.

12. Walchius, Carol. Frideric.: De privilegio pecuniae in refectionem aedium creditae. 2 Exempl.

E. 5. num. 4
1771,8
15
P. 355

DISSERTATIO INAVGVRALIS
DE
STATVVM IMPERII ROMANO
GERMANICI
IVRE REFORMANDI

CVIVS
PARTEM PRIOREM
EX DECRETO ILLVSTRIS ICTO-
RVM ORDINIS
PRAESIDE
IOACH. ERDM. SCHMIDT D.
IVR. PVBL. ET FEVD. NEC NON HISTOR.
PROF. PVBL. ORDIN. ORDINIS IVRIS CONSVLTORVM ADSESSORE
DVCIS SAXO - GOTHANI CONSILIARIO IVSTITIAE INTIMO
VNIVERSITATIS H. T. RECTORE MAGNIFICO

PRO DIGNITATE DOCTORALI
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTIT
DIE XI MAII CIƆIƆCCLXXI.
IO. CHRISTIAN MAIER
PHILOS. MAG. ET SOCIETATIS IEN. TEV-
TON. MEMBRVM HONORARIVM

IENAE LITTERIS KIRCHNERIANIS.

KENTRIED
UNIVERS.
ZVHALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169031-p0009-5

RATIO INSTITVTI

Quae olim hinc inde modo maiori modo minori feruore inter noſtrates agitatae fuere Symbolicae controuerſiae, noſtra aetas videt quaſi nouo vigore reuiuiſcentes. Prodiere noſtris temporibus theologorum ſcripta, ex quibus ſatis conſtat, eſſe, qui aduerſus communes, hactenus vſitatas, circa ſymbola opiniones in plane alias non dubitant abire ſententias. *Alii* quidem, *auitae* opinionis tenaciſſimi, Reformatorum Patrum dogmata animoſe et ſummo cum ſtudio defendunt. *Alii* paulo liberiorem, vti videntur, ſpirant aerem, audacter ſymbo-

lorum caucellos transiliunt, *nouum Lutheranismum* iactitant, et viam veritatis, soluto omni vinculo, vnice ineundam esse contendunt. *Alii* quidem sibi satis sapere videntur, at metuunt *orthodoxiae fulmina*, tolerant iniquo licet animo, symbolorum, quae prostant, vincula; dolent autem Ecclesiarum Germanicarum Protestantium statum, ex ipsis libertatis tabulis in nouas quasi angustias delapsum, ob quas ex veritatis et sanctioris doctrinae studio etiamsi intensissimo prorsus nullus sperandus sit prouentus, in ipsius veritatis incrementa et vlteriorem Ecclesiae salutem alioquin certo certius redundaturus. Existimant nimirum plurimi caussam religionis in patria, per superiorum temporum pacta communi suffragio inita, quae sunt altera parte mutari nescia, tam arcte fuisse innexam vniuerso systemati imperii nostri Germanici politico, vt pro praesenti rerum facie *periculosa* videatur *qualiscunque ex doctrinae innouatione ecclesiae mutatio*, declinanda potius, quam suadenda et promouenda, ne, quae nobis post tantam fraterni sanguinis profusionem et rerum perturbationem tandem Deus fecit, vnquam turbentur religionis otia. Terrorem quidem incutiunt superiorum temporum vestigia, omnem in re tam ardua prudentiam suadent, immo iubent aliorum insidiae; videndum igitur, ne ex maioris *futuri* desiderio, *praesentis*, quidquod *omnis boni* faciamus iacturam. Omne igitur cuiuscunque in Ecclesia nostra mutationis consilium *eousque* differendum esse censent, *dum* certum sit exploratumque, vtrum

quis

quis ea, quae circa religionem statuta sunt, mutandi iure gaudeat? vtrum, *saluo omnis* ex publicis, quae prostant, pactis quaesiti, *iuris circa religionem beneficio, doctrinam Euangelicam eiusdemque symbolum denuo reformare Protestantibus liceat*, nec ne? et anne *aduersus symbolicas doctrinas reformaturus* vel *ipsis Protestantibus*, vel *Protestantibus* et *Catholicis simul iniuriam inferat*

Huius *iuris* nodi, ante omnia soluendi in hocce schediasmate periculum facere, induximus animum, remotis ceteris, quae mearum partium non sunt, magis *theologicis* quaestionibus, freti potissimum spe, in *arduo* voluntatem, in *tenui* non contemnendum laborem.

SECT. I.

DE RELIGIONE EIVSQVE LIBERTATE

Quos vnquam inuasit *diuini Numinis cogitatio suaeque* ab ipso proficiscendae *salutis cura*, in iisdem non potuit non *animi sensus* excitare illud Huncce salutis Auctorem colendi studium, quod audit religio. Iis potissimum religio absoluitur *actibus* et *internis* et *externis*, quos *diuino probari Numini*, tum *rationis* tum *reuelationis* lumen hominem docent, qui, si hoc verbo vti licet, inde dicitur *religiosus*. Deum igitur religionis, quae ita ab *Eiusdem beneplacito* pendeat, esse auctorem, nemo fere est, qui de eo litem vel dubium moueat.

At quoniam diuinum hocce de Christiana religione beneplacitum *natura* et *verbo* fuit a Deo hominibus declaratum, eiusdemque *vtriusque organi sensus*, ob varias, quas patitur, interpretationes, inter homines Christianos *non obtinet vnicus*, quamuis *veritas nonnisi vnica* esse queat; quoniam *variae* inde inter religiosos homines agitantur *de religione opiniones*, et ex diuerso organi illius sensu et diuinae voluntatis varia interpretatione non possunt non variae exsculpi religionis formae; ab antiquissimis ergo, post sanctius illud Apostolorum aevum, temporibus fuit inter Christianos disceptatum, *penes quem* sit *decidendi* et diuinae voluntatis sensum *definiendi potestas? cuiusnam* heic standum sit iudicio, siue *quis* sit in religione *competens Iudex*? Res omnis eo redire videtur, *vtrum singulis pro ipsorum conscientiae dictamine* decidendi competat potestas; Scilicet, vt quisque, tum ex reuelatione tum ex ratione suos de Deo conceptus libere sibi formet, et inde religiosos actus, quos sua conscientia iudicauerit purissimos, sanctissimos, veros, ipse deducat: *an* vero, suspenso omni suae conscientiae iudicio, inter Christianos vel religiosissimus quisque *eum solum* admittat, credat et sequatur diuinae voluntatis sensum, *easque* inde *solas* nectat conclusiones, *quas definiuit et approbauit Ecclesia*, sententiam suam *vel per Conciliorum canones vel per Pontificum decreta declarans?* Huius si sequeris partes, *coecam* admittis *obedientiam*, tollis conscientiae et religionis libertatem, atque *homines* mutas in *machinas*.

nas. Priori autem *casu* auream illam adstruis *libertatem*, *eam* profitendi *religionem*, quam *quisque sibi*, sua conscientia iudice, *persuasit optimam.*

Disceptatum igitur fuit inter christianos de *iure singulorum in religionem*; *a*) sed cleri turpissimis fraudibus cuius, insatiabilis ambitio atque auaritia, indies crescente hominum superstitione, subinde euasit potentior, *insanae* huius litis multo adhuc *insanior* sequuta fuit decisio, et quidem eum in modum, vt *prorsus nulli aliam* liceat, ab ecclesiae fide diuersam, profiteri religionem; nec vel

a) Vel potius, si dicendum quod res est, hac lite proprie agebatur de *ipso iure Dei in singulorum conscientias*; quippe quum, vti deinceps videbimus, *eam ipsam ob caussam* homini à Deo fuit impressa illa diuinas humanasque res diiudicandi vis atque potestas, vt singuli habeant, vnde secundum regulam praescriptam semet ipsos vel condemnent vel absoluant: vt Deus habeat, vnde à singulis iusto nomine exigere possit rationes. Prorsus igitur *alio modo* formanda fuisset quaestio de *libertate religionis* proposita. Aut enim conscientia *solius diuini Iuris* est, ita vt nequidem ab ipso homine amplius pendeat, vtrum hanc facultatem ratiocinandi diuinitus datam abiicere velit, nec ne? et tum omnis hominum in illam vsurpata potestas *ipsius diuini iuris temeraria vsurpatio est*: aut singularis homo *suae conscientiae dominus*, et tum demum *inuito iniuste* imperaueris religionem, quae ipsius proprio iudicio relinquenda est: aut *singulis* prorsus nulla, in veritatem inquirendi, verum à falso discernendi, tum ratione tum reuelatione vtendi competit potestas: et tum demum de iure *ecclesiae*, disputandi, fuisset locus.

minimum, quamuis propria dissentiat conscientia, siue verbis siue factis, *in religione declarare dissensum*; episcopis et pontificibus maximopere contendentibus, quemuis ab ecclesia dissentientem esse *communem ecclesiae hostem*, quouis modo igne ferroque aut debellandum atque extirpandum, aut ad ecclesiae fidem eiusque professionem, collo quantumuis obtorto, reducendum. Huic litis decisioni, veritati quasi indubitandae, in ecclesiae veram perniciem, in christianae religionis opprobrium, in increscentis barbariei nutrimentum, in vniuersae ciuilis societatis detrimentum, quid dicam, in ipsius humani generis dedecus ac calumniam, à primis inde *dominantis* Christianismi incunabulis per tot seculorum decursum ad primas vsque reformationis victorias accerrime insistebat, nefandis cleri fraudibus deceptus, vniuersus fere Christianorum orbis. Crassissimus inde inuehebatur in conscientias dominatus, et exul facta per totam ecclesiam christianam religionis et conscientiae libertas. Scatet hac tyrannide *integer tit. 1. Cod de Summa Trinitate*; scatent illa christianismi annales; neque rei tot conciliorum actis, tot pontificum decretis, tot haereticorum suppliciis propalatae longa opus est enarratione. Presso igitur pede anteriorum seculorum et anteceſſorum vestigia sequebantur sec. XVI. pontifices aduersus *Lutherum*, suae conscientiae iudicio aliam verioremque religionem professum, vt tandem *Adrianus* omnes imperii proceres prouocare non dubitaret, vt eundem haereticum, à *Leone*, *vt fidei catho-*

catholicae supremo iudice anathematizatum, et à Caesare, *eiusdem fidei supremo defensore*, in conuentu *Wormatiensi* a. 1521. publice proscriptum, omnibus viribus ad interitum vsque persequerentur *a*).

Sub eiusdem tyrannidis iugo, per BELGIVM, GALLIAM, et PATRIAM nostram dispersa ingemiscebat magna hominum christianorum multitudo, qui quidem imbuti fuere, teste ac iudice ipsorum conscientia veriori puriori sanctiorique doctrina, quam vero propter pontificum

a) Instruktion des bäpstlichen legaten Werbung ap. HORTLEDER L. I. c. 1. p. 4 -- zum Vierdten soll sie dazu ermahnen, die Ansehung ihrer eigenen Ehre, die hoch beleydiget wird, wo sich die, die bey der teutschen Nation mit Gewalt und Macht den andern vorstehen, diese Kezereyen außzutreiben, nit mit allen Kräften bearbeiten. Dann dadurch würden sie von iren Voreltern, welches christliche Leut, und auf dem Concilio zu Costenz in großer Zahl bey der Verdammung Johannis Huß und der andern Kezer gegenwärtig gewest, deren etliche als man sagt, denselben Zußen mit iren Händen zum Feuer geführt, abfallen: Es würde auch iren Ehren darumb nachtheilig seyn, daß sie oder der mehrere Theil auß ihnen das Kayserliche Gebot zur *execution* und Vollstreckung deß bäpstlichen Urtheils wieder den Luther und die seinigen gefällt bestätiget, approbirt, bewilliget und ire Macht dazu gethan haben. So sie nun dem nach allem Vermögen nit genug thäten, würden sie entweder für unbeständig oder dem Luther günstig und zufällig geacht.

ficum bullas, propter seuera dominorum edicta et grauissimorum suppliciorum comminationes profiteri non audebant, videntes et audientes, *quemcunque quocunque* modo declaratum in religione dissensum crudelissimis vindicari suppliciis *).

In hoc igitur detegendo *iniquitatis* mysterio et *vindicanda religionis et conscientiae libertate* Nostrates olim non dubitauere, *curas*, *operas labores*; quid quod *fortunas*, immo *ipsam* profundere *vitam*. Digna est, quae prolixius iam exponatur, haec nobis à maioribus vindicata religionis libertas; in qua caussa pertractanda eo potissimum respiciamus, vt *argumenta* quibus illa asserta fuit, et omnino asserenda est, breuiter exponamus, et dein *iustos*, quibus regitur huius iuris exercitium, definiamus *limites*. Felicibus ergo LVTHERI auspiciis summo cum studio contendebant nostrates, *religionem debere esse liberam*, vti sua natura omnis coactionis prorsus impatiens sit, et quidem ita, vt cuiuis homini Christiano liceat, *in caussa religionis vnice stare suae ipsius conscientiae iudicio*. Argumenta, quibus in hac grauissima caussa vsi fuere, sunt fortissima, meridiano sole clariora, et nunquam alterius partis exceptionibus labe-

*) SLEIDANVS c. XVI. HORTLEDER Handlungen und Ausschreiben L. I. c. 43. — etliche dörfen aus Furcht ihr Gemüth und Meynung nicht eröfnen, welche doch von Herzen seufzen und begehren, daß eine rechte christliche Reformation der Kirchen möchte fürgenommen werden.

befactata. Contendebant scilicet, in causſa religionis *rem singulorum* agi, aliorum periculo vel curae omnino non committendam; *hominis à Deo dependentiam*, cui fundamento omnis superstruenda sit religio, esse *quocunque* alio, quod inter homines intercedere possit, *vinculo*, tempore longe *priorem*; *maiorem* ordine; potestate multo *fortiorem*; magis igitur Deo heic obediendum esse quam hominibus; internum, ad quod reuocanda sit omnis actionis, multo magis religionis decisio, *conscientiae tribunal* esse *diuinitus inditum; diuini iuris*; externa hominum vi *cogi nescium, solius Dei imperio subiectum*, eumque ipsum in finem humano cordi ingeneratum, *vt habeat homo intelligens, vnde de actionum bonitate certus fieri possit*; religionem reluctante conscientia, etiamsi erronea fuerit, admissam vel flammis ferroque imperatam necessario degeneraturam esse vel in verum peccatum et nefandam hypocrisin vel in vanum fumum et inane religionis simulacrum, vnde omnis religio reddatur *nulla*. Hisce sanioribus principiis imbuti maiores, disruptis nefandae seruitutis, sub cuius iugo ingemiscebat altera, altera obdurata Germaniae pars plane non sentire videbatur, vinculis, aduersus caesaris minas et romanae curiae fulmina liberam conscientiam restituere, restitutamque tueri tanta cum animi fiducia atque constantia fuere adnixi. Iisdemque principiis abunde patet, *conscientiam* et *religionem*, vt ita dicam, *singulorum* in nullo regno vel territorio,

quacunque dein de *communi religionis exercitio* sanctione constricto, sine atroci in singulorum hominum immo *ipsius diuini numinis* ius, iniuria, esse vel coercendam vel opprimendam. Iam vero videmus *iustos*, quibus nobilissimi huius iuris exercitium regitur, *limites*. Hic eo potissimum dispiciendum censeo, num illa conscientiae libertas *intra solos occultissimos contineatur cordis recessus*, an vero iusta huius libertatis, prorsus nullo humano iure comprimendae, *plenitudo* in *externos quoque actus sese effundat*, et *in quos qualesue* deinceps desinat? Nostrates quidem *internam solam* religionem sub *angustioribus illis limitibus* voluisse esse liberam eo magis dubito, quo certius est, *etiam sub durissimo in conscientias* tyrannidis iugo, in quo ipso deiiciendo tantopere laborauerunt, prorsus non dari humanae potestatis vsurpationem in illam internam religionem; quippe quae, intra occultissimos humanae mentis recessus abscondita, et Deo soli, qui καρδιογνωστης est, cognita, omnem humanae potestatis vim, et vel ferociſſimi Papae iram prorsus effugit. *Hanc igitur*, quae *occultis* tantum humani cordis et *cogitatis* et *motibus* absoluitur, *nullo non tempore liberam*, nec *vlla humana vi vllo modo comprimendam*, libertati restituere, *nostratibus non fuit necesse*. Latius igitur ponendi sunt limites; et quoniam humanae naturae indoles ita comparata est, vt in homine sentiente non facile detur religio, quin variis sub pectore internis agitata motibus ad externos quoque hinc inde eden-

dos

dos actus hominem impellat; deinde, quoniam in religione non facile datur alicuius momenti dissensus, quin quocunque modo, externe se prodat: iuste inde concludo, *cum conscientiae et religionis libertate arctissime esse coniunctum eiusdem religionis singulare exercitium*, et *externam professionem singularem*, ita, vt hocce exercitio oppresso ipsa opprimatur conscientiae et religionis libertas, et *in ipsa illius oppressione consistat nefanda illa*, quam prostratam voluere Protestantes, *in religionem tyrannis*. Non repetam *priora*, in hoc rei argumentum adducta, *testimonia*, quibus illum dominatum distinctis coloribus suis vidimus depictum. Prostant *alia*, quibus nostratium mens circa hancce conscientiae libertatem clarius vberiusque illustratur *). Prostat illustre B. LVTHERI

*) Vid. HORTLEDER Lib. I. c. 2. Ein jeder aber, der recht und christlich glaubt, bekenne seinen Glauben für sich selbst; lerne und unterrichte auch im Wort Gottes sein Hausgesind, und wer das von ihm begehrt; und ob ime die Obrigkeit darumb beschwerlich zusezen will, so leide er das gedultiglich ibid. p. 269. ist zu bedencken, daß allen Christen von nöthen ist alle bekanntliche Mißbräuch, so bald sie die erkennen, abzustellen und christliche Reformation anzunehmen in allem, das man weiß vom Herrn in seiner Schrift gebotten seyn. Und wer mit solcher Bekanntnus zum ersten begabt wird, derselbige soll dem andern ein Exempel der Beßerung fürtragen. Dieß machet auch kein schisma oder abscheuliche Ungleichheit an dem Leib Christi der Kirchen, sondern ist ein seeliger und löblicher Anfang der Reinigung und Be-

exemplum coram AVGVSTISSIMO in conuentu *Wormatienſi* de ſuae conſcientiae libertate, quamuis adhuc coangustata, editum *). Significanter vero dico, conſcientiae libertatem non dari, demto *ſingulari* religionis exercitio: quippe quod probe diſtingui velim ab omnis generis *communi* religionis exercitio, ſiue publico, ſiue priuato, ſiue ipſo *domeſtico*; quum ipſum, *vtvt domeſticum*, formam tamen et naturam imitetur *eccleſiae*, cuius libertatem et cetera iura *neceſſario* non inuoluit conſcientiae libertas, quae ſalua eſt et eſſe debet, *demto* licet omnis generis eccleſiae iure, demto prorſus, cuiuscunque ſpeciei *communi* religionis beneficio. Haud quidem ignoro, in actis publicis

Geſundheit etlicher Glieder, die alsbald den andern gleiche Reinigung und Geſundheit zu erlangen deſto baß dienen mögen; ibid p. 339. Als könnte und ſollte nicht jeder beſonder Menſch Hauß ꝛc. die Lehre — annehmen, wann ihnen die aus Gottes Gnaden fürkommt, darumb daß ſolche Lehre die ganze Welt berühret; oder als möchte jemand ſeinem Herrn Chriſto zu folgen darumb ohne Gefahr ſeiner ewigen Seeligkeit verziehen, daß die andern genannten Chriſten ſeine Stimme nicht hören wollen.

*) *Niſi conuictus fuero*, ibidem publice declarat, *teſtimoniis ſcripturarum* aut *ratione euidenti*: (*nam neque Papae neque Conciliis ſolis credo, cum conſtat eos ſaepius erraſſe et ſibi ipſis contradixiſſe*) *victus ſum ſcripturis à me adductis, captaque eſt conſcientia in verbis Dei; reuocare neque poſſum neque volo quidquam, cum contra conſcientiam agere neque tutum ſit neque integrum.* Hier ſtehe ich, ich kan nicht anders, Gott helf mir, Amen. Vid. SECKENDORFF *Hiſt. Luth. L. I. p.* 154.

blicis quandoque cum deuotione domestica ipsam conscientiae libertatem vel *coniungi* vel *confundi* *) Exinde vero non sequitur, ipsa haec diuersa iura *perse* non esse distinguenda. Quae igitur cum ita sint, conscientiae libertas *iustis suis limitibus* vindicata, inuoluit ius, singulis Christianis, immo omnibus hominibus competens, propria quasi auctoritate ex ratione et sacra scriptura sibi formandi de Deo rebusque diuinis conceptus, indeque deriuandi religiosos actus et vnice standi in caussa religionis conscientiae suae iudicio, eandemque ita sibi formatam religionem et sibi et coram aliis volentibus profitendi, eandemque, vtcunque conscientia dictauerit, emendandi, emendatam indies magis perficiendi, suumque à religione vel territorii vel totius ecclesiae dissensum verbis factisque declarandi.

Haec conscientiae libertas in Germania variis motibus agitata, tandem *pace Westphalica eodem sensu obtinuit, denuo damnata* eam ipsam ob causam *omni vi propter religionem inferenda*, *omnibusque concessio*, nisi dissentientem *hominem* humanitas, pietas et aequitas, vel *bonum ciuem* dissentientem tolerari iubeat ciuilis prudentia, *emigrandi* iuris, quantumuis flebili, *beneficio*. Ad migrandum enim, neutiquam vero ad religionem, reluctante conscientia, *reuocandam*, potest quis iure cogi, quantumuis illa à religionibus vel in *Germania* vel in *territorio* receptis abluserit.

*) Acta Pac. Westph. T. II. l. 15. I. P. W. Art. V.

SECT. II.

DE ECCLESIA.

Vbi duo pluresue, *identitate suae religionis specificae perspecta,* conglutinantur ad exercenda communia pietatis studia, ibi nascitur ecclesia externa. Prorsus exhaurienda nobis est ista notio, vt eo expeditior sit iuris circa illam enucleatio. *Coniunctio plurium format ecclesiam.* Haec *voluntaria* est; neque ad salutem neque ad religionem in se necessario requiritur, vt plures sibi aggregentur. Diuini numinis gratia *singulis* quaesita, quae ope religionis à *singulis* quoque suo ordine impetratur, adstricta est *religioni*, non *ecclesiae*. Id vlterius adstruit ipse *ecclesiae scopus*, qui *commune religionis exercitium est*, et illa vtilitas ex *mutua aedificatione*, et maiori fidei *incremento* redundatura; non vero *ipsa salus*, quae ex *diuiso* eoque *singulari* religionis exercitio aeque obtineri potest: quippe quae ex *religione* vnice progerminat, nec aliter ab ecclesiae cultu pendet, nisi quatenus religionis cultum inuoluit. Recte igitur inde concludo 1) extra ecclesiam dari salutem 2) ad eamque et *solitarium* sufficere religionis exercitium; 3) eiusque salutis obtinendae spem neutiquam fallere ob deficientem ecclesiam 4) et licet impediatur ecclesia, quae *commune* religionis exercitium infert, siue *publica* siue *priuata* siue *domestica*, inde non impediri *singulare* religionis exercitium, neque, *ecclesiae* beneficio prorsus ex-

excluſos ideo habere, quod de dominatu in ipſas conſcientias iuſte querantur; cum *inde* ipſis conſcientiis prorſus nulla inferatur vis atque iniuria.

Ad *eccleſiam requiritur fidei ſpecificae identitas.* Haec eſt ea ipſa eccleſiae anima et arctiſſimum vnionis, quae inde naſcitur, vinculum; et conſiſtit in eo potiſſimum momento, vt apud omnes et ſingulos, qui in coetum coaluere, ſint iidem *ſpecifice* de Deo conceptus, iidemque inde promanantes religioſi actus, idemque de eorum moralitate, conſcientiae iudicium. Tollas hancce identitatem, ponas alterum religione duci, quae *alteri ſcandalo* ſit; cadit *omnis* ſacrorum communio, eccleſiae ſcopus. Quoniam vero in ſingulari homine religioſo pro *ſingulari*, ipſi data et naturae et gratiae menſura, *ſingulares quoque* patitur ipſa religio ſuas *determinationes*, vnde cuiuslibet hominis Chriſtiani oritur *ille indiuiduus character:* plures aut nunquam, in *inuiduali* fide aeternum diſſentientes, in fidei vnitatem et vnum coetum coalituri ſunt: aut ad formandam eccleſiam eosdem conglutinat *ſpecifica* religionis identitas. Inde igitur ſequitur, vnius membri religionem ab alterius fide poſſe *differre*, nec *ideo diſſolui eccleſiae vnitatem*, modo vtriusque religio *ſpecifice* conſpiret. Faciamus vero vnius alteriusue conſcientiam ferri in religionem *ſpecifice* diuerſam, vt inde ipſa tollatur ſacrorum communio: conſcientiae iudicium erit idem vel *omnibus* vel *parti* vel *nulli* praeter vnicum diſſen-

dissentientem. *Primo* casu vniuersa ecclesia, vnius fide indiuiduali in specificam fidem transeunte, aliam induit formam et in sua vnitate perseuerat. Ita in primitiua ecclesia de *non circumcidendis gentibus* aduersus plerosque ab initio aliter persuasos *duo* tantum apostoli vniuersis suam persuasere sententiam. In *secundo* casu plures nascuntur ecclesiae. In *tertio* casu ecclesia amittit membrum, quod deinceps suo periculo sibi suam extra omnem sacrorum communionem profitetur fidem, nec ecclesia vniuersa, vnde discessio facta, plus iuris in dissentientem habet, quam hic in illam, et neutra pars iure gaudet cogendi alterutram, vt secum inuita in gratiam redeat: cum ecclesiae nexus prorsus voluntarius sit, mutuo nitatur religionis consensu, nec maximus in religione dissensus alterius ius perfectum violet, vnde sola nascitur iusta cogendi caussa. Ex primo casu patet, et *ecclesiam* non prorsus omnis mutationis esse impatientem. Christiana religio, saltim nostratium, nititur doctrina Christi et apostolorum. *Hominem Christianum* hancce sanctiorem doctrinam haud intermisso studio perscrutantem, et pio atque animo deuoto ponderantem, subinde maiores et in amplificanda et in corroboranda salutari cognitione facturum progressus, nemo fere dubitabit. Apostoli quoque non modo ad sanctitatis sed et ipsius cognitionis salutaris, plenioris, vberioris, et profundioris incrementa indies capienda suos Christianos non vno excitauere loco

co, et LVTHERVS suo id docuit exemplo; *) atque haec ipsa cognitionis incrementa florente ecclesiae statu propter communia sanctioris doctrinae studia, vno alterius defectum supplente, multo facilius vberiusque impetrari posse, audacter asseuero. Ita WICLEFVM illos, qui ipsum anteceſſerunt, cognitionis veritate et claritate antecelluisse, facile tibi persuaseris. Longius fuere progressi HVSSVS atque HIERONYMVS *Pragensis*. Multo clariori luce vsus fuit B. LVTHERVS: eum vero ipsum non minus, quam ceteros, hinc inde aliquid humani passum fuisse bene perspicit, longius in veritatis studio progressa, *posterior* aetas. Haec in *singulis christianis* conspicua incrementa, neminem credo fore, qui iuerit inficias. Iuste vero inde concludo, nec *ecclesiae* deesse sua incrementa, sed maiores subinde facturam progressus. Hoc quidem certissimum est, testibus antiquorum temporum annalibus, *christianis* non modo morum sanctitate, sed et sanctioris doctrinae puritate et claritate indies magis magisque *deficientibus*, et tandem in crassissima religionis barbarie fere obbrutescentibus, ipsum exinde in peius ruisse *vniuersum Christianismum*, contagione singulorum cum vniuersis communicata: *num felicia illa* et *summa cum*

*) *Haec ideo narro*, scripsit, *Optime lector, vt si lecturus opuscula mea, memento me vnum fuisse ex illis, qui, vt Augustinus de se scribit, scribendo et docendo profecerim, non ex illis, qui de nihilo repente fiunt summi.*

inluſtria culta veritatis arua ſteriliora exiſtimaueris, quam *horridas* erroris *paludes*? Error quidem errorem trudit, at multo magis veritatem veritas. Faciamus igitur quosdam in coetu egregios viros vniuerſam ſua luce colluſtrare eccleſiam, et ex plurium ſeculorum laboribus ſubinde magis patefieri veritatis abyſſos; quid *mirum*, *ex vberiori ſingulorum fide*, *cum ceteris communicata*, *ſenſim amplificari omnium fidem*, et *ipſam fidem ſpecificam inde fieri perfectiorem*. Equidem non video, indies proficiente *Chriſtiano*, proficiente *Lutherano* ex indefeſſo ſacrarum litterarum ſtudio, quid obſtet, quo minus tandem inde profecturus ſit ipſe *Chriſtianismus*, ipſe *Lutheraniſmus*? *Vniuerſae* vero eccleſiae, licet ita *proficientis*, poteſt tamen *ſalua* perſiſtere et *vnitas* et *identitas*. De hac *identitate* forſan, per haſce mutationes *duraturа* moueri poſſent *dubia*: quorum vero ſolutio quum magis theologica, et ex vniuerſo *religionis* ita *perficiendae* deducenda eſt nexu: nolo huic alienae meſſi immittere falcem. Hoc quidem perſuaſiſſimum habeo, proteſtantismum, quousque in ſanctioris doctrinae puritate, vbertate, profunditate, ab vno ad alterum progrediatur veritatis incrementum, modo ſtricte inhaereat ſuis principiis, et ſui conſtantem permanſurum, nunquam depoſiturum eſſe ſuum *characterem diſtinctiuum*, nunquam iri confuſum cum fide *catholicorum*, vel *ſocinianorum*, *aliorumue*, et per omnes iſtas viciſſitudines vnum permanſurum eundemque. Demto, ad-

addito vel alio substituto *vinculo*, non *alia* inde conficitur catena. *Ecclesiae doctrinae* exacte respondere debet *symbolum*, quod nihil aliud est, quam *specifica ecclesiae fides verbis expressa*; et *nullo alio fine* conditur, quam vt sit *docentibus* normae, *discentibus* compendio, et exinde constet, quo ab aliis distinguatur, *ecclesiae character*. *Duae* potissimum *regulae* sunt, iuxta quas quodcunque symbolum componatur necesse est; quarum altera jubet, ne symbolum *fidei specificae contradicat*; altera, ne *fidem membri individuam exprimat*. Vbi igitur fides ecclesiae specifica mutationem patitur, et euadit perfectior, ibi de mutando et perficiendo symbolo cogitari fas est. *Perfectioris* enim ecclesiae *antiquum* symbolum desinit esse symbolum, quia minus conforme est *fidei specificae*, et praeter necessitatem deinde controuersiae agitantur symbolicae, vbi illi antiquo scripto in se quidem bono, symbolica relinquitur auctoritas; cum *materialiter spectatum* nomen et potestatem non amplius mereatur. Fidei ergo specificae mutata forma, eius est, qui in *publicam fidem* ius habet, aut *nouum* symbolum condere, aut antiquo pro rei necessitate *derogare* vel *obrogare*. Huius enim conformitate nititur omnis doctrinae *orthodoxia externa*, adeo decantata, et ridiculum foret, qui fidem profitetur specificam, eum *heterodoxiae* accusare; quippe quod autem prorsus euitari nequit, symbolo fidem ecclesiae specificam *non exacte* adaequante. At quidem largior, *non facile* ipsam Ecclesiae fidem subire mutationem, multas in *singu-*

lis membris quandoque praetereundas esse *fidei* vicissitudines; multas Doctorum vel aliorum membrorum sententias non statim *transire in fidem specificam*; insigniores in sacrarum litterarum studio expectandas esse epochas; nec ideo *frequentem*, et si quae acciderit, nonnisi *multa circumspectione adhibita*, dari *symbolorum mutationem*.

Modo mecum consentias, dari eiusmodi mutationes. Omnis enim symboli auctoritas pendet à *conformitate* cum *fide* Ecclesiae *specifica*, iquippe quae non est mutari nescia, et nititur vniuersi coetus persuasione, suis iterum fatis obnoxia. Vnicum verbum Dei, quod veritas est, prouti recte et constanter docuere nostrates, fallere nescium est. Quoniam vero *cuiusque hominis* et conscientia et perspicacitas non omnis erroris impatiens est, prorsus nulla ab hominibus siue *singulis* siue *confoederatis* sacrae scripturae interpretatio exspectanda est, quae sit θεοπνευστος et *authentica*. Minus recte nostrorum symbolorum auctores hic illic sacram scripturam interpretatos fuisse, ita quidem persuasissimum habemus. Confitemur, *eosdem errasse* v. gr. *circa salutem infantum, qui baptismo nondum initiati moriuntur*; nec in aliis locis, verbi diuini mentem semper assequutos fuisse, multi quidem theologorum vel persuasi sunt vel apertius dicere audent. Symbolicis doctrinis, ex falsis S. Scripturae interpretationibus nutabundis, alias aliorum locorum substituerunt iuterpretationes; quae vero ipsae *hactenus adoptatae* a suis auctoribus non maiorem potuere nanciscì auctoritatem, quam *illae*

re-

reprobatae olim obtinuerunt. Nobis igitur laborandum existimo, non tam de *defendendo symbolo*, quam de *eruenda veritate* et *vero verbi diuini sensu*. Quodsi autem prorsus omnem symboli fieri posse negas mutationem, vereor, vt sub specioso orthodoxiae titulo valde superstitiose agas, et antiquam crambem à nostratibus olim toties reprobatam, denuo nobis recoquas, iisdemque *armis*, (absit omnis calumnia), quae olim expertus fuit LVTHERVS, *aggressurus sis* LVTHERVM, *aliquando rediuiuum*. Belle olim philosophatus aduersus Lutheri molimina pro defendendo ecclesiae symbolo ADRIANVS papa, loco quodam classico, quem heic transcribere, operae pretium forsan facturus sum *).

*) Vid. Instruktion des bäpstlichen Legaten ap. HORTLEDER L. I. c. 1. p. 5 Was den Glauben betrift; dieweil Gott denselben gesetzt, sollen wir durch göttliche Angebung und Auctorität glauben, und nicht bewären oder bezeugen. Ueber das göttlich Recht sollen wir bleiben bey dem, das uns die Heiligen und die Kirchen gewiesen haben. Dazu magst du anzeigen, daß schier alle Ding, in denen der Luther von den andern zweyspältig ist, durch mancherley Concilien vormals verworfen seyn, und soll das, das man durch gemeine Concilien in gemeiner christlichen Kirchen bestätiget, nit in weitere Zweifel gezogen, sondern als ein glaublich Ding gehalten werden. Dann der thut der Versammlung der Kirchen eine Unbilligkeit, oder Gewalt, der das so einmal recht gesetzt ist, wieder in einen Zweifel ziehen will. Dann wie möcht etwas gewiß und beständiges zwischen den Menschen beschloßen werden? Oder wann würden die Disputation und Spenn ein Ende haben, so einem jeden freventlichen und Verkehrten Menschen wieder von dem, das nit durch einen oder durch wenige, sondern lange Zeit her von so viel hochverständigster Männer Bewilligung und

SECT. III.

DE REFORMATIONE ECCLESIAE.

Reformare ecclesiam, vti in colloquio *Spirae* 1546. cum LANDGRAVIO habito, recte monuit AVGVSTISSIMVS, non est *aliam inuehere* fidem, sed tantum, vt verbis LANDGRAVII vtar, *redintegrare veterem*, siue pristinam restituere formam *). Facta igitur reformatione, aut restituitur illa vetus ecclesiae forma, et tum vlteriori reformatione non est opus; aut inde res nonnisi *inchoatur*, et tum, dum fuerit perfecta, reformatio erit continuanda. Duae autem reformationis sunt partes: *primum*, vt quae ex erroribus atque abusibus sunt in ecclesia corrupta, tollantur; *deinde*, vt forma vetus redintegretur. Quum vero Christiana religio nitatur doctrina CHRISTI et APOSTOLORVM, et ab illis ipsis fuerit collecta

und durch der Christlichen Kirchen (die Gott in dem, das den Glauben betrift, nicht irren läßt) aussprechung bestätiget ist, wieder abzuweichen vergönnet werden sollte? Und so doch eine jede Stadt ire Statuta unverbrechlich gehalten zu werden begehrt, wie möchten denn alle Ding, die nit allein einmal, sondern oft, mit zeitlicher, guter beträchtlicher Erkänntniß aufgesezt sind, ohn Bekummernuß, Schand und Beschämung zerstört und nit von männiglich unverruckt gehalten werden?

*) SLEIDANVS C. XVII.

lecta eccleſia, quam inde vocamus *primitiuam*, facile tum ex ipſa *ratione*, tum ex Chriſtianismi annalibus patet, ſub ipſius ipſis primordiis illam primitiuam eccleſiam, quo minus diſtabat ab ipſis religionis limpidiſſimis fontibus, et puritate doctrinae et ſanctitate morum reliquam Chriſtianismi aetatem et ceteras omnes eccleſias ſubſequutas longe anteceſſiſſe. Ineunte vero ſec. XVI. eccleſiam Chriſtianam et erroribus et abuſibus et omnis generis vitiis adeo deformatam fuiſſe legimus, vt miſerrimus inde eccleſiae ſtatus tandem cederet in prouerbium, quod pueros in plateis ceciniſſe perhibent: *denique nunc facta eſt rerum foediſſima forma.* Inde fluxit illud *commune* per vniuerſam eccleſiam Chriſtianam *reformationis deſiderium:* inde diu multumque iam Seculo XV. in orbe Chriſtiano *de reformanda in capite et membris eccleſia* perſonavit fama. Inde conuocata fuere Concilia *Conſtantienſe, Baſileenſe*, et alia: immo *Piſani* ſeſſ. III. d. 12. Nou. 1512. erat decretum, *quod ſynodus non diſſoluatur nec diſſolui poſſit, quousque vniuerſalis eccleſia in fide et moribus tam in capite quam in membris ſit reformata.* Verumenimuero poſt multos rei apparatus *concilia* fuere irrita. *Lutheri*, de cauſſis retardatae reformationis differentis, verba heic probe expendi merentur „*cum ſint in eccleſia et doctiſſimi* „*pariter et ſanctiſſimi viri*, ea tamen eſt noſtri ſeculi infeli„citas, *vt etiam* tanti *non poſſint eccleſiae ſuccurrere.* -- *Sun„et alii paſſim, quos noui*, optimi et eruditi pontifices,

(epi-

„ (episcopi) *sed exemplum* paucorum *imponit* silentium plurimis „ *). At veritas, longius incarcerari nescia, *praeeunte Luthero*, tanta cum potestate tandem prorupit, vt ipsius luce non singulae hinc inde monasticae cellulae, sed *integrae* mira velocitate colluſtrarentur *prouinciae*. Reuiuiscebat igitur diu multumque desideratae reformationis studium, idque non penes solos *Lutheri* sectatores, sed *ipsos* quoque *illos Germaniae ordines*, qui *fidei Pontificum catholicae permansere tenacissimi*. Ipsum documentum, quo posteriores à pontifice flagrantissimo ardore, publico quasi clamore *flagitauerunt reformationem*, exhibet HORTLEDER L. I. c. 1. p. 8. Nec minus dignum est, quod *ibidem* legatur ADRIANI pontificis responsum, quo *reformationis* ob vrgentissimos errores atque abusus *necessitatem* ipse agnoscit, *eamque* in capite ac membris, *instituendam*, sed nonnisi *per gradus perficiendam* esse fatetur **). In reformationis igitur notione conueniebant om-

*) a SECKENDORF *Hist. Luther. L. I. p. 35.*

**) Instruction ꝛc. l. cit. Wir wißen wohl, daß jezt etliche jar in diesem heiligen Stuhl viel ungebührlichkeiten mit mißbrauch der geistlichen Sachen, übertrettung in den Befehlen oder Gebotten geweſt, und sonst alle Ding zu Ergerung verkehrt worden seyn. Darum kein Wunder, daß die Krankheit von dem Haupt in die Glieder als von den Bäpsten in andere Prelaten abgestiegen ist. Wir alle (das ist Prälaten und geistliche Personen) haben abgetretten, ein jeglicher seinen selbs Weg gewan-

omnes. Omnibus enim haec mens erat, vt nouis erroribus atque abusibus purgata, restituatur vetus ecclesia. At de eo, *quaenam sit illa ecclesia vetus*, cuius forma restituenda sit, *diuersas* fouerunt, et in omnibus, religionis caussa institutis, colloquiis, et publicis conuentibus acerrime defenderunt sententias, *sibi contradictorie oppositas*, vnde potissimum natum illud fere prorsus insanabile ecclesiae schisma.

Enimuero *eam* dixere *Catholici*, esse veterem ecclesiae formam, quam illa ex praeceptis Christi et apostolorum,

wandert — So viel dan uns in dieser Sachen zu thun gebührt, so magst du zusagen, daß wir allen Fleis ankehren wöllen, damit erstlich dieser römische Hof, davon vielleicht alles dieses Uebel außgangen ist, reformiret werde. Damit, wie die Erkränckung von denen in alle Unterthanen außgefloßen, das auch davon herwiederumb gesunde reformation uns allen erfolge. Solches zu vollziehen schäzen wir uns so viel strenger verbunden zu seyn, als vielmehr wir sehen, daß die ganze Welt dieser Reformation begierlich ist. Doch soll sich niemand verwundern, ob wir nit von stund an alle Irrthumb und Misbräuch verbeßern. Wann diese Krankheit ist fast veraltet, und nicht einerley, sondern mancherley, darumb uns darinnen Fuß für Fuß zu arzneyen, und den schweren und mehr gefährlichen Krankheiten erstlich zu begegnen, damit wir nit mit eylender Reformirung aller ding, nit alle Ding zerrütten. Dann alle gehlinge Veränderung (spricht Aristoteles) seyn in der Gemein zu thun gefährlich; und: welcher zu vast ausmilckt, der zeucht Blut hernach.

nec non *traditionibus*, *Patrum sententiis* et *conciliorum decretis*, quae neque fallere neque abrogari posse contendunt, accepit: vnde *eam* reducere voluerunt ecclesiae doctrinam, quae est ex *probatis*, et ab *ecclesia receptis*, *sacrae scripturae interpretationibus* hausta. Et, quum LVTHERVS *nec* receptas interpretationes scripturae sacrae, *nec* conciliorum decreta, *nec* patrum sententias, *nec* ecclesiae traditiones admittere vellet, *nisi* et *quatenus*, sua *ipsius conscientia teste et iudice*, doctrinae Christi et apostolorum conueniant: *Catholici* ab hac ipsa LVTHERI doctrina, quam *diabolicum* putabant *errorem*, *primo loco* ecclesiae reformationem esse inchoandam, sibi persuaserunt: quae sententia ita firmiter omnibus insedit, vt vniuersum reformationis negotium a damnando et destruendo Protestantismo inciperet, eoque destructo quoque desineret. Me esse fidelem Catholicorum reformantium interpretem, testem facio ADRIANVM pontificem; *) testes *imperii Ordi-*

*) Aber über das göttlich Recht, und über die Materie der Sacrament sollen wir bleiben! bey dem, das uns die Heiligen und die Kirchen gewiesen haben. Darzu magst du anzeigen, daß schier alle Ding, in denen der Luther von denen andern zweyspältig ist, durch mancherley Concilien vormals verworfen seyn. Und soll das, das man durch gemeine Concilien, in gemeiner christlichen Kirchen bestättigt, nit in weiter Zweifel gezogen, sondern als ein glaublich Ding gehalten werden. *Instruction* l. c.

Ordines catholicos *); teſtem *Auguſtiſſimum*, qui reprobata Auguſtana confeſſione, grauiſſime fuit proteſtantibus comminatus, *ſe*, ſi *Auguſtano* Imperii *decreto ſeſe praebuerint immorigeros*, *rationem initurum eſſe*, *vt hae ſectae nuper natae funditus extirpentur*, et *pax Germaniae concilietur*, *et vetus eccleſiae religio*, *fides*, *atque ritus* conſeruentur**); teſtem eundem, aduerſus Archiepiſcopum Colonienſem, *proteſtantium ſenſu* reformaturum, diſputantem, „ *Ratisbonae quidem*, *factum eſſe decretum*, *vt ſuas eccleſias* „ *epiſcopi reforment*, *non autem illis permiſſum*, *vt novam* „ *fidem atque religionem introducant* „ ***) .Teſtem PAVLVM III. eiusque bullam d. 23. Sep. 1536. conuocandi concilii reformaturi cauſſa emiſſam ****); teſtem ipſius Concilii

*) Gemeiner Reichsſtände Antwort. ꝛc. apud HORTLEDER L. I. l. c. - - zudem wöllen auch Stadthalter und Stände mit allem getreuen und möglichen Fleiß beſtellen, daß die Prediger — nichts anders dann das recht, rein, lauter, heilig Evangelium und bewährte Schriften gütig, ſanftmüthig, und chriſtlich, nach der Lehr und Außlegung der bewährten und von der chriſtlichen Kirchen angenommenen Schriften lehren und predigen.

**) SLEIDANVS L. VII.

***) Ibid. L. XVII.

****) apud HORTLEDER L. I. c. 24. — Derohalben wir — wollen ausrichten und helfen, daß dieſelbige Kirch — ihrem Haupt gebührlich diene, wie wir dann begehren, daß ſie möge von aller Makel geheylet und gereiniget werden. Darum aus hochnöthigem Bedencken, bewegenden, ganzwichtigen Ur-

Tridentini *in seſſ. tertia* factum decretum: *ne quis ad ſuum captum atque ſenſum interpretetur ſacram ſcripturam, ſed vt eccleſiae conſenſum atque patrum in eo ſequantur omnes*: conteſtor tandem ipſam illam *Bullam in coena domini decantatiſſimam*, et antiquas inde proteſtantium querelas *).

Proteſtantes contra dixere, eam eſſe *veterem illam*, ad cuius typum eccleſia noua deformis reformanda ſit, quae *Chriſti et apoſtolorum doctrinae* ab iisdem ſuis fundatoribus fuit ſuperſtructa, *eamque* voluere *ſolam* reduci doctrinam, quae fluxit ex *ſana ratione* et ipſa *ſacra ſcriptura*, ipſorum *propria conſcientia teſte* et *iudice*; reprobatis omnibus *traditionibus*, *Patrum ſententiis*, *conciliorum decretis*, *iisque verbi diuini interpretationibus*, quae quidem *Eccleſia*, non vero *ipſorum conſcientia iudice*, *Chriſti et apoſto-*

Urſachen, den jezigen Stand und Gelegenheit der Kirchen und des Apoſtoliſchen Stuhls zu Rom und gänzliche Ausrottung der giftigen, peſtilenziſchen Lutheriſchen Kezerey und andern Kezerey belangend, haben wir uns fürgenommen ein Concilium zu halten ꝛc.

*) Er der Bapſt, der verdammt uns jährlichen öffentlich mit unſer Lehre, und übet greuliche Tyranney wieder alle, ſo unſere Lehre bekennen, und annehmen, treibet und reizet ohn Unterlaß Könige, Fürſten, und Herrn, allenthalben, in der Welt, daß ſie zu Verfolgung und Unterdrückung reiner chriſtlicher Lehre gleiche Tyranney gegen unſchuldige und heilige Leut üben ſollen ꝛc. ap. HORTLEDER. L. I. c. 43. p. 408.

stolorum menti sint. *Consentaneae* maiorem igitur in modum, iure contendebant, veram primitiuam ecclesiam *se non deserere, sed potius ad ipsam redire,* fidem catholicam *non reprobare, sed potius reassumere,* ecclesiam *non moliri nouam, sed potius illam redintegrare veterem.* Reformauere igitur Protestantes, et *talem* professi sunt *doctrinam, quam doctrinae Christi et Apostolorum, sua ipsorum conscientia iudice, iudicauerunt conuenientissimam.* Talem reformatorem sese professus est LVTHERVS in *conuentu Wormatiensi* *). Prolixius mentem declarauit in litteris *ad Regimen Caesareum* datis *) interpretaturus *ambiguum illud* decretum Norimbergense, de *docendo iuxta receptas ecclesiae interpretationes Evangelio.* Eadem fluxit ex vno protestantium ore in conuentu *Spirensi* 1529 professio ***). Ex eadem mente negauit coram Augustissi-

*) l. cit. pag. 12.

**) a SECKENDORF *Hist. Luther. L. I. p. 263.*

***) *Illud quod dicant, euangelium esse docendum iuxta receptas ab ecclesia et probatas interpretationes, recte quidem se habere,* sed in eo litem esse, quae sit ecclesia vera : *cum autem nulla sit doctrina certior, quam verbi diuini,* cumque praeter illud nihil doceri debeat, et quae videntur *obscuriora scripturae loca, non possint rectius, quam aliis eiusdem scripturae locis illustrioribus explicari, idcirco se permansuros in eo vestigio, et daturos operam, vt veteris atque Noui Testamenti scripta pure ac perspicue doceantur : hanc enim vnicam esse rationem plane certam et indubitatam; hominum vero traditio*

nes

mo Lantgrauius, HERMANNVM, *Archiepiscopum Coloniensem*, protestantium sensu reformaturum, et *veterem* tantum *redintegraturum* ecclesiam, *nouam moliri religionem* *) Fere *eundem in modum* passim vlterius suam sententiam declarauere nostrates: id quod testantur *acta* ab HORTLEDERO *studiose collecta* **).

His-

nes nullo niti fundamento. SLEIDANVS L. VI. cf. SECKENDORF *Hist. Luther. L. II. p. 130. vbi appellatio Principum lecta dignissima extat, fere eundem in modum concepta.*

*) SLEIDANVS L. XVII

**) Ita scribit v. gr. BVCERVS LI. c. 37. p. 309. Die Sach die man in dieser NationalVersammlung handeln — solte, ist Reformation der Kirchen, das ist, wiederbringung aller Kirchen Höndel und Geschäften an Lehre, Sacramenten, Zucht, beyde Cleri und des Volcks zu der Form und Maas, die uns im Wort Gottes und den *Canonibus* fürgeschrieben und so ernstlich gebotten ist. Inprimis legi meretur p. 405. scriptum sub tit. Ursach, warum die Stände, so der A. C. angehangen, christliche Lehre erstlich angenommen, und endlich dabey zu verharren gedencken; ex quo sequentia noto -- derohalben, haben wir auch keine neue Lehre in unserer Kirchen leyden wollen, sondern bekennen allein die unverfälschte alte wahrhafte und einige Lehre der Christlichen Catholischen Kirchen. Die Verheißungen und Zusagungen Gottes, des Herrn, daß die Wahrheit bey der christlichen Kirchen stets und ewig bleiben soll, sind nit an die gebunden, welche die öbersten Häupter und Regenten in der Kirche seyn wöllen — — die Wahrheit aber und rechter Verstand der göttlichen Schrift bleibt bey denen, welche sie fleißig und herzlich

gern

Hisce omnibus, quae hucusque de reformatione vtriusque partis reformatorum dedimus, probe consideratis, *Catholicorum* reformatio, quam *ante* Lutherum iam flagitauit erroribus atque abusibus adeo vexatae ecclesiae miserrimus status, et quam fere *in vnius Lutheranae haereseos reprobatione subsistisse*, historia docet, magis *inchoata* videtur, quam *absoluta*; *suspensa* potius, quam plane *confecta*. ADRIANVS quidem l.c. p.25. expresse monuit, *vniversum* reformationis opus *absque grauiori ipsius ecclesiae dispendio* non vno tempore, sed *per interualla* et *gradus esse conficiendum*. At *protestantium* reformatio, inprimis circa *doctrinam*, non incepta, sed omnibus *suis numeris prorsus absoluta* videtur. Reformatores quidem nostros ita persuasissimos fuisse, luculenter docet publicum documentum, cuius copiam dedit *Hortleder* l.1.c.43.p.405. in quo publice profitentur: Derhalben — haben wir diese Lehr zu Gottes Ehre und unserer Seelen Seeligkeit willen angenommen und bekannt, dabey wir dann auch ferner und starck mit göttlicher Hülffe zu bleiben bedacht sind. Und daßelbige auß dieser großwichtigen Ursach, daß wir befinden, daß diese Lehre gewißlich die einige, wahrhaftige, ewige Lehre des Evangelii ist, die Gott in der Propheten und Apostel Schriften, seiner Kirchen be-

gern lernen und studiren ꝛc. -- Dieweil denn das gewis ist, daß ein ieglicher Mensch sein eygen Gewißen lehren und unterweisen soll, daß er dasjenige so er für recht hält, oder auch daran er noch zweifelt, ob es recht seye oder nicht, nicht solle verdammen ꝛc.

befohlen hat, und die in den symbolis, Apostolico, Nicaeno, und Athanasii, kurz gefaßt ist, und gewiße Zeugnis hat, von den fürnehmsten Gottesfürchtigen Scribenten, so bald nach der Apostel zeit am reinsten geschrieben haben--Auf daß aber jedermann wiße, was solches für eine Lehre seye, so ist sie öffentlich vorhanden, in dem **Bekänntnus**, so wir im ReichsTag zu Augsburg, Keys. Majestät und dem ganzen Reich überantwortet, in welcher **Confeßion** die Summa unser Lehre kürzlich begriffen. Welche auch ohne allen Zweifel übereinstimmpt mit den alten Symbolis, Apostolorum, Concilii Nicaeni und Athanasii, und aller andern reinen Scribenten Meynung, welche in der Christlichen Kirchen bald nach der Aposteln Zeit gewesen.

SECT. IV.

DE HABITV ECCLESIAE AD CIVITATEM.

Vbi hominum multitudo ad externae huius vitae tranquillitatem et commoditatem consequendam, cui consequendae singuli impares sunt, sub ciuili imperio coalescunt, ibi oritur *ciuitas*, et spatium, quod occupat, ista iuris consensu et vtilitatis communione sociata multitudo, dicitur *territorium*. Alii igitur sunt ciuitatis, alii ecclesiae sunt fines atque remedia. Ad quantumcunque igi-

igitur perfectionis gradum euehatur ciuitas, ad eccleſiam nulla inde per ſe redundat nec perfectio nec limitatio; adeo vtriusque fines atque remedia inter ſe differunt, tantumque abeſt, vt altera ex *ipſo* alterius incremento vel proficiat vel deficiat *). Quodſi vero eccleſia, in territorio iam conſtituta, *dogmata* vel *controuerſias* foueat, *ipſi ciuitati damnoſas*: vel quodſi *eccleſia in ciuitate demum conſtituenda eſt*; tum potiſſimum quaeri ſolet *de iure ciuitatis in eccleſiam*, et *quae, qualis, quanta habenda ſit ratio ciuitatis circa eccleſiam.* Vtrumque igitur heic excutiamus caſum; *alterum, de iure dirimendi controuerſias fidei, ciuitati nociuas; alterum, de iure in territorio ipſam conſtituendi eccleſiam.*

Faciamus igitur, in territorio *iam conſtitutam* eſſe eccleſiam; faciamus in illa oriri de rebus fidei controuerſias, quarum animoſitas tandem ipſas *turbas ciuiles*, vel iam excitauit, vel certo excitatura eſt: tum *inde* Imperanti ciuili, *cuiuscunque ipſe* religionis ſit, emergit ius, *pro imperio has dirimendi fidei controuerſias, eo quidem modo, quem* ad ſopiendos praecauendosque ciuiles motus iudicauerit *conuenientiſſimum.* Fluit hoc ius ex ciuitatis fine, et ciuilis Maieſtatis notione; quippe quae cura illa nobiliſſima ſalutis publicae omni modo promouendae abſoluitur. Dicimus igitur hoc ius, *circa ſacra Maieſtaticum*, *cuicunque* imperanti, *quamcunque* religionem profiteatur, *neceſ-*

 ſario

*) I. H. BOEHMERI. *ius Paroch.* ſ. I. c. 2.

sario, non alio, nisi ciuilis imperii titulo, iuste exercendum *). Dantur enim nonnunquam ex *ipsa religione* non minus *subditi rebelles*, quam tyranni principes, quos rebelles, v. gr. *Munzerianos*, remediis quoque *Munzerianis* coercendi, penes ciuilem imperantem ius est. Quum vero hoc ius circa sacra Maiestaticum *publicam* tantum et *ciuilem* respiciat decisionem, siue, docente BOEHMERO, *publicam tantum doctrinae alicuius controuersae approbationem, hoc fine factam*, vt *approbata tantum publice doceatur in publico religionis exercitio*, et ita *conseruetur reipublicae tranquillitas:* ex huius iuris exercitio *per se* nullus emergit in *ipsas conscientias* dominatus; quum ne quidem theseos controuersae *theologica veritas* heic respiciatur, sed *publica* tantum definiatur doctrina. *

Quum vero in territorio ecclesia *constituenda sit*, tum ardua illa incidit quaestio, *quaenam religio in territorio publice docenda et exercenda*, et *cuinam in territorio ius illud competat, definiendi illam religionem intra territorii fines*

*) Prolixe de ea re disputat B. BOEHMERVS in I. E. P. T. I. Lib. I. Tit. I. et tandem in hasce desinit conclusiones - - *duobus itaque casibus ius hoc reformandi vel definiendi doctrinas publicas principes legitime exercent, I. si per doctrinam vulgatam erroneam ius imperii summum conculcatur, deprimitur, et arbitrio Cleri subiicitur. II. Si ex dissensibus cleri turbae publicae oriuntur, quae mutuam tolerantiam respuunt, et necessario publicam definitionem exposcunt.*

nes exercendam? Quodsi, hac quaestione orta, insimul turbae sunt exortae ciuiles, quae tanta progenerauere inter *ciues* dissidia, vt videndum, ne *respublica detrimenti quid capiat*: tum quidem, vti vidimus, penes imperantem est, *religionis* dissidia, propter *reipublicae* salutem, dirimere *vi ciuilis imperii.* At, *internae pacis tempore*, vbi fuerit *noua* introducenda religio, et non tam de illo iure *negatiuo* circa sacra maiestatico, quam de *positiuo* iure circa *religionem territorii* quaeritur; *hocce ius itidem ex ciuili Maiestate deriuari posse, quam maxime dubito.* In religione dantur multa, quorum *publica doctrina hominum magis salutem, inde promouendam*, quam *auertendum ciuium damnum* respicit: dantur multae religiones, quarum exercitium *promiscue* quidem admittit ciuitas, *qua ciuitas*, neutiquam vero, *qua ecclesia*: sunt, quas quidem facile admittit conscientia *ciuis*: *hominis* vero quam maxime respuit; datur *ciuium* salus et *ciuitatis tranquillitas*, quamuis *huius illiusue, vel vtriusque* vel *neutrius* vel plane *nullius* religionis in territorio detur *publicum exercitium.* Quodsi vero magis propter *internam* ciuium, qua *hominum*, ex *religione proficiscendam*, salutem, de *definienda publica religione et fide* incidit quaestio; num quaeso arduae huius rei decisio iterum *propter ciuilem maiestatem* erit penes imperantem? Ex maiestate quidem ciuili quod *necessario* hoc ius profluat, prorsus non video. Cogito plenissimam Maiestatem, nec illa iure hoc demto, vllum patitur detrimentum. Rectius igitur inde concludere mihi videor,

hoc ius in memorato casu *publicam* in *territorio definiendi religionem*, imperanti competere, vel plane non, vel ex *alio fundamento*; et tum non amplius mereri *nomen iuris maiestatici*. *Subiectum* igitur Iuris illius nobilissimi, positiui, definiendi *publicum in territorio religionis exercitium*, nobis heic paulo accuratius erit disquirendum.

Omne ius est *facultas* ex lege. Propter *physicam* igitur facultatem, siue internam siue externam, heic nullus, *nisi illam vsurpauerit*, sibi sumere potest potestatem in publicam religionem. Quemadmodum enim externis viribus valentissimus quisque in *inuitos* temerario ausu vsurpat ciuile imperium, quamuis bene, et forsan alio melius, ciuitatis scopum adsequatur: ita pari iniuria quodcunque ius in publicam territorii religionem, *deficiente iusto titulo*, arrogat sibi, vel in sanctiori doctrina perspicacissimus quisque, quantumuis bene rem gesserit. Ex *lege* igitur heic quoque repetenda iuris auctoritas. Ciuitas vniuersa iure gentium libera, *soli subiecta est Deo*. *Huius* igitur *personam, iure quodam eminenti*, sustinere debebat *tertius*, qui de religione totius territorii, humano iure liberi, pro *imperio* statuere ausit. At per vniuersam diuini Numinis oeconomiam satis edocemur, ne Deum quidem *sua potestate in homines* circa religionem aliter voluisse vti, quam *modo, hominis libertate*, quippe quae in caussa religionis vtramque facit paginam, *digno*. Faciamus igitur, *Diuina* auctoritate *immediate* instructum quemdam ad homi-

nes

nes fuisse vnquam legatum : qualis olim fuit *Moses*, qualis fuit ipse DEI FILIVS *sensu eminentissimo* : ne hic quidem violentis remediis, vniuersis ciuitatibus suam religionem vnquam obtrudere voluit. At vana hominum superstitio saepius aliis occasionem dedit, ex nefando *diuinae vicariae potestatis* mendacio, *religionem vniuersis ciuitatibus* imperandi, atque hoc nobilissimum Ius temerarie vsurpandi. Ita *populo* imperare solebant religionem apud ethnicos *sacerdotes summi*, repetentes suam auctoritatem *ex simulato Deorum familiari commercio*. Ita vniuerso Christiano orbi per plurium seculorum decursum religionem imperare solitus fuit Romanus Episcopus, ex ficto, qui sibi competat, *Christi vicariatu*; et de iuris tantum exercitio num *absolutum* sit, an *concilio adstrictum*, diu multumque in ecclesia fuit disceptatum. *) Sub hoc vsurpatae potestatis iugo, vtrisque et *imperanti* et subditis cuiuscunque territorii *sola* relicta est *parendi gloria*, et, quotiescunque de religione vel hiscere tantum ausi sunt laici, illi DIVINI NVMINIS *legati* et CHRISTI *vicarii* in hos, quasi temerarios diuinae Maiestatis obtrectatores, prouocauerunt diuini Numinis vindictam, sub grauissimis omnis generis malorum comminationibus. Non fabulam scribo : historicum heic facio, et testor *Pontificis* litteras Cal. Sept. 1544. ad *Caesarem* datas, qui indixerat ad compo-

*) I. H. BOEHMER. I. Par. p. 24. I. E. P. T. II. *diss. praelim.* p. 10.

nenda religionis diſſidia et definiendam in territoriis publicam fidem, imperii conuentum *Spirae* habendum *). Sub tali igitur ſimulato diuini numinis vicariatu, in territorio religionem definit *tertius*, et committit mandatorum executionem iis, quos iudicat potentiſſimos. Non igitur mirum, *imperantes* a Papa fuiſſe conſtitutos *catholicae fidei defenſores*: quippe quod munus adeo vrgebat in ſuis decretis, et in omnibus conuentibus CAROLVS V. vti docent annales illius ſeculi turbulentiſſimi.

At *libertate*, vel poſita vel territoriis reſtituta, quippe quam ipſam vindicatum ibant Proteſtantes, denuo quaeritur, *quis publicam religionem in territorio definiendi iure gaudeat*? Sequentem in modum heic meos ſubduco calculos. Conſtituto imperio, *aut* de religione fuit *cogitatum*, *aut non*. Poſteriori caſu, incidente quaeſtione, res decidenda eſt *nouo publico pacto*. Quod ſi vero co-

*) Hisce litteris audacter aſſeuerat pontifex, *ſe ſolum iure diuino et humano cogendi concilia et decernendi de rebus ſacris poteſtatem obtinere*; manere eos *certiſſime iram Dei et vindictam, qui ſummi ſacerdotis munera ſibi unquam vindicauerint*; *iproſtare, quorum alios terreant veſtigia*, OZAE, DATHAN, ABIRONIS ET CORE *horrenda ſupplicia*; *Deum eſſe, qui ſit rationem poſtulaturus a malis ſacerdotibus: in illo conquieſcendum eſſe, nec aliquid praeterea tentandum -- non ſingulos tantum* homines, *verum* prouincias *etiam mulctari, quae vel Chriſtum ab ſe repudient* vel *eius parere vicario recuſent -- adiutorem ſe quidem ferre poſſe, ſed rectorem atque caput non poſſe*. cf. SLEIDANVS L. XVI.

cogitatum fuit, *triplici* potissimum *modo* id fieri potuit. *Aut* enim vel cuiuscunque vel quarundam vel nullius religionis publicum exercitium publico pacto fuit constitutum; hoc casu constituta religionis forma, nonnisi accedente nouo publico pacto, mutari; nihilque noui ab altera pacisscentium parte, altera inuita, iuste fieri potest. *Aut* populus, ab imperantis persona distinctus, in translato imperio sibi reseruauit omne circa publicam religionem ius; tum omnis publicae religionis constitutio et mutatio pendet vnice a voluntate populi, nulla ratione imperantis habita; quippe qui ipse tum stare debet populi iudicio atque decreto; et penes populum est, vel populiscito causam religionis publicae decidere, vel personam ad perficiendum hocce negotium eligere. *Aut* ius hocce singulare publicam religionem in territorio definiendi, a populo ad imperantem quocunque modo fuit translatum; tum rei decisio repetenda est, neque ex nouo publico pacto; neque ex populiscito; neque ex vllo alio, *nisi vnico Imperantis decreto.* Transferendum quidem erat ius ipsum publico pacto: translati iuris exercitium absoluitur imperantis decreto.

Ea vero a populo ad principem translata circa publicam religionem potestas, quum non ex ipsa ciuilis Maiestatis fluat essentia, quum, salua Maiestatis plenitudine, atque inde saluo circa sacra iure Maiestatico, vel penes populum remanere vel ab illo ad quemcunque alium, praeter im-

imperantem, transferri possit: rectius inde mihi videtur dici *regale*, quam ius ipsum Maiestaticum. Huius vero regalis et singularis iuris *exercitium* absolutum iterum distinguendum erit ab *limitato*. Absolutum quidem vix ac ne vix quidem credo, ad vllum Imperantem vnquam vel translatum iri, vel fuisse translatum, vel esse transferendum; religionis enim publico exercitio, de quo heic agitur, quid quaeso ciuitati sanctius? Ipsa religionis libertate, inde adeo facile periclitatura, quid homini quaeso dulcius atque exoptatius? Illo, in quem inde adeo facilis foret delapsus, nefando dominatu, quid atrocius, quid homini non magis, quam ipsi ciuitati exitiosius? *)

Im-

*) Ponamus vero etiam absolutissimum ius, imperanti circa publicam religionem competens: *per se* quidem *inde* non fluit, nec vlla iuris specie palliari potest in ipsas conscientias dominatus. Ius enim, imperanti regalis nomine hoc competens, non afficit religionem singulorum illiusque singulare, sed potius *publicae religionis publicum exercitium*, quod commune est. Quamcumque igitur dein imperans, suo iure vsus, inferat religionis mutationem et formam: a publica religione dissentientes amittunt quidem suae religionis *publicum* exercitium: neutiquam vero inde simul priuantur omni *communi*, multo minus *singulari* religionis exercitio. Publico enim praecluso, datur *priuatum*, eoque demto, supereſt ex communibus religionis exercitiis *domesticum*, quod itidem, *imperfectius* licet, inuoluit *ecclesiae* beneficium. Faciamus imperantem tanta cum potestate instructum, et conscientiae anxietate adeo laborantem, vt in territorio *vnius tantum* religionis, de cuius veritate ipse persuasus est, *commune* idque publicum

Imperans igitur in exercendo hoc nobiliſſimo iure quam maxime erit adſtrictus ad *populi* ſeu, *eccleſiae*, ſub cuius nomine heic populus conſideratur, *conſenſum*, ita, vt nonniſi hoc conſentiente ab imperante publicae religionis forma mutari poſſit.

Videmus ergo, dari caſum, quo publicam in territorio definire religionem, eiusdemque mutare formam,

cum permittat exercitium, et *alius* religionis, quaecunque ſit, eccleſiam ſiue priuatam ſiue domeſticam prorſus non toleret: ne ſic quidem de conſcientiae libertate omnino conclamatum eſt. *Supereſt* enim alii religioni addicto vel *ſingulare* religionis *exercitium*, vel, quantumuis flebile, *emigrandi beneficium*. Verum enim vero vtroque hoc beneficio priuati, vbi ciues ad publicam religionem amplectendam *vi coguntur*: tum demum graſſatur ille in conſcientias dominatus, ſub cuius iugo is *ſolus neſcit cogi*, qui *ſcit mori*. LANDGRAVIVS, vnus ex illis reformatoribus *generoſiſſimis*, teſte SLEIDANO ad a 1546. illuſtre huius rei dedit exemplum, et imitatione et commemoratione dignum. „ *Ad* „ *religionem noſtram*, ipſe publice quondam declarauit, *vbi vi co-* „ *gantur homines, locum nullum ſcio: diuerſam quidem aut va-* „ *riam in eodem loco doctrinam non patimur; vim autem nemini* „ *facimus, nec occidimus quemquam, neque ſpoliamus bonis; quodſi* „ *veſtris in finibus noſtrae religionis homines eſſent inviolati, ſua-* „ *que templa ſeparatim haberent, ego ſane, vt pro me tantum* „ *loquar, idem veſtris per meam dictionem atque fines permitterem:* „ *ſed quoniam id à vobis minime conceditur, nos etiam ex iure* „ *retorſionis, nullam iniquitatem inferente, aequabilem et eandem* „ *eſſe cupimus vbique doctrinam* „

modo, si non absoluto, saltim *limitato* penes *solum imperantem* est; idque absque omni vllius iniuria ab illo exerceri posse. Multum vero differt haecce singularis potestas ad imperantem translata ab illo, quod supra vidimus, iure maiestatico dirimendi religionis controuersias vel definiendi publicam doctrinam. Hoc enim ius vnicuique imperanti ex *ciuitatis* ratione in *quascunque* religiones, in territorio iam constitutas, propter *turbas* et ciuitatis *periculum* nonnisi ad *praecauendum ciuile* damnum competit. Illa vero potestas, magis ad promouendam ciuitatis, qua *ecclesiae*, salutem, et *perspecta veriori ac puriori doctrina*, magis ad constituendam puriorem religionem publicam exercetur, ab *iis* imperantibus, qui hoc *singulari* iure gaudent. Hoc *positiuum*: illud *negatiuum* ius est: hoc *internam*, illud *externam* potius respicit ciuium salutem: hoc magis *territorium*, illud spectat ipsum *ciuile imperium*: hoc poscente *ecclesiae* salute, obortа noua veritatis luce, *vel* proprio conscientiae motu, *vel* ad subditorum instantiam, ab imperante exercetur: illud nonnisi *imminente damno ciuili*. Ab vtroque iure longe distant *iura ecclesiae collegialia*, quae iterum quidem ab ecclesia ad imperantem possunt esse translata: *propter personae identitatem* vero neutiquam cum vtroque priori *confundenda*, sed potius eam ipsam ob caussam eo accuratius distinguenda.

SECT. V.

SECT. V.

DE IVRE REFORMANDI IN TERRITORIIS GERMANICIS

1) *Spectatis extra imperii nexum*

Hoc ipsum publicam religionem in territorio definiendi ius, vbi non tam *prorsus noua introducenda*, quam potius *pristina quaedam* religio *restituenda* est, dicitur *ius reformandi publicum religionis exercitium*. Circa huius reformandi iuris subiectum eadem igitur obseruanda sunt, quae de illo iure circa religionem territorii in genere vidimus. Videamus igitur, in *territoriis nostrae Germaniae* cuinam hoc *reformandi ius* competat? Duplicem vero illa sustinent respectum, prout nimirum *vel intra, vel extra imperii nexum* considerantur. Illum imperii nexum, quatenus ius illud reformandi afficit, sequenti pertractaturi sumus sectione. Hac consideremus illa territoria, prostrata potestate papali vsurpata, *iure gentium libera*, quatenus *nexu quodam ciuilis imperii* inter *imperantes* et *subditos per se subsistunt*. Hisce territoriis ita consideratis, ergo quaeritur, *cuinam in illis reformandi ius competat? Praxis superiorum temporum* ab oriente inde veritatis luce et primis *Lutheranismi* exordiis *vsitata*, nec non *acta publica* ab illis temporibus hinc inde pertractata satis et abunde docent, in *hisce territoriis populi* quasi *vnanimi consensu*, vel *expresso* vel *tacito*, *ab ipsis principes*

cipibus hoc ius reformandi esse exercitum, quorum alii illud *proprio conscientiae motu*, alii ad *instantiam subditorum* iusto ordine exercuerunt.

Pro ratione iuris publici illis temporibus obtinente, sibi persuadebant maiores, *sensu minus accurato*, omnem ciuilem potestatem, *magis a Deo*, ipsiusque ordine ita constituto, quam à *libero pacto populi cum magistratu inito* esse deriuandam, atque inde magnam iuris publici partem interpretationibus s. scripturae, non optime cohaerentibus, superstruere solebant. Haud igitur negauerim, hisce principiis imbutos maiores *illud quoque reformandi ius* cum ipso ciuili imperio hinc inde *magis à Deo*, quam à *populo in principes deriuauisse*. Notanda quidem sunt, quae ad *genium seculi* pertinent, id genus principia: neutiquam vero in *exemplum trahenda*. Largior quoque, hoc reformandi ius, quod nos supra ab imperio ciuili distinguendum esse censuimus, ob identitatem personae cum *vniuersa ciuili Maiestate* à nostratibus saepius *confundi*. Neque vero existimo, subtiliores *iuris publici* doctrinas ex scriptis maiorum illius aeui cum quodam successu esse addiscendas. Hoc tantum hic annotasse nobis sufficiat, *principes*, consentiente populo, *ius reformandi publicum religionis exercitium* exercuisse, atque ita *vsitata per totum imperium praxi* adquisiuisse, *quaesitumque* ad suos successores territoriales iuste *transmisisse*, ita, vt nec *populus* nec *Clerus* nec *vniuersa ecclesia* nec *quilibet alius*

alius, sed *ipse territorii princeps* iusto modo publicum religionis exercitium in territorio *reformandi, iure* à maioribus quaesito polleat.

Quod penes principes sit ecclesiae reformatio, communis olim fuit nostratium persuasio, id quod ex actis publicis et priuatis superiorum temporum abunde patet. Ita v. gr. scriptum prostat apud HORTLEDER, Lib. I. c. 2. sub titulo: ein christlicher Rathschlag und Unterrichtung, welchergestallt sich alle christliche Personen von Obern und Underthanen halten sollen ꝛc. ex quo sequentia noto. -- Gleichwohl sollen und mögen die Underthanen ihre Herrn mit allem Fleiß zum höchsten ersuchen, sie mit dem Wort Gottes und christlichem Verkünden deßelben zu versehen. Wie auch eine jede Obrigkeit, als hernach volgt, zum Fürnehmsten zu thun verpflicht ist; Können sie daß nicht erlangen, haben sie abermalen Geduld, bitten Gott emsiglich, daß er ihre Obrigkeit mit rechtem Erkäntniß seiner göttlichen Wahrheit erleucht und in seinem Wege leyt ꝛc. —— ibid. p. 166. eadem notantur principia. Ach Gott! Verleyhe unsern Fürsten solchen Verstand förderlichen, und bestättige sie in solchem täglichen; dann das sind fast schadhaftige Beredung, daß ihnen als Layen nit gebühren soll, durch bewährte gottesfürchtige gelehrte und erfahrne Leut die Reformation der Kirchen zu bedencken, wie sie doch fürzunehmen: etc. — — et pag. 304. Ach Herr Jesu, du allein guter Hirt deiner Schäflein ——

gib deinen Underhirten, unsern zeitlichen Regenten — Verstand, Herz und Muth — dann diese so gros wichtige Sachen, und die jedermann in gemein und besonders zum höchsten belangen, mögen ohne Zuthun der ordentlichen Obrigkeiten jedes Orts, da Reformation soll fürgenommen werden, nüzlich nicht verricht werden. So fordert auch die Ordnung Gottes, welche die alten Väter getreulich gehalten, daß die Religion und Kirchen Sachen, als die höchsten gemeinen und nothwendigsten Händel allweg mit Rath und Hülf der ordentlichen Obrigkeiten gehandelt werden. — So dann diß der ordentlichen Obrigkeiten von Gott so ernstlich befohlen, und so hoch daran gelegen, so gebe auch der barmherzige Gott, das alle Obrigkeiten in dem ir Amt recht erkennen und mit allen Treuen verrichten etc.

Hinc ipsas reformatae fidei formulas per theologos componendas curauere principes, et in publico conuentu, componendi diffidii caussa instituto, aperte declarauerunt theologi illuc conuocati, se circa publicam doctrinam eiusque symbolum nihil definituros esse, nisi quod ipsorum principes ratum habituri sint *). Non modo vero *ad instantiam subditorum*, sed etiam hinc inde *motu conscientiae proprio*, in suis territoriis ecclesiam reformasse Principes, docet SECKENDORF in *hist. Lutheranismi*, quod longo ordine hic recensendi non est locus.

Quamuis vero hoc reformandi ius *ita quasi* ad principes *translatum* fuisse, historia satis clare doceat: illius iuris

*) vid. HORTLEDER L. I. c. 37. p. 217.

iuris exercitium non absolutum, sed iusto limite fuisse definitum, et *ad populi siue ecclesiae consensum adstrictum*, extra omnem dubitationis aleam positum est. Prostant multorum exempla, quorum vnum CASIMIRI *Marchionis Brandenburgici*, qui in *conuentu prouinciali* publicae religionis caussam pertractauit, hic annotasse sufficiat *). Prostat ipsorum principum testimonium de *iusto*, quo ius hocce nobilissimum in suis territoriis exercuerunt, *modo*, satis limitato **) ita, vt non amplius haesitaueris, *qua ratione* instituenda sit ecclesiae reformatio.

SECT. VI

*) Huc pertinet apud HORTLEDER. L. I. c. 3. p. 37. Abschied und Meynung, was sich der durchleuchtig Hochgebohrn Fürst und Herr, Herr Casimir, Marggraffen zu Brandenburg ꝛc. Und Seiner fürstlichen Gnaden mitregierenden Bruders, Marggrafen Jörgen, zusammt ihrer F. G. Landschaft, auf nächstgehaltenen Landtag zu Gnolzbach, biß zu einzukünftig Concilium, National Versammlung oder seiner Fürstlichen Gnaden weitern Bescheid, des Abschieds halben, jüngstgehaltenen ReichsTags zu Speyer, in ihrer Fürstlichen Gnaden Land und Fürstenthumb zu halten vereiniget haben.

**) Ibidem L. I. c. 43. p. 405. Derohalben, nachdem wir zuvor lange Zeit mit vielen Gelehrten und Gottesfürchtigen Leuten von dieser der unsern Lehre, Rath und Unterredung gehalten und die Sach bey uns, auch mit vielen andern Leuten aufs fleißigste bewogen, haben wir diese Lehre zu Gottes Ehre und unser Seelen Seeligkeit willen angenommen und bekannt ꝛc.

SECT. VI.

DE IVRE REFORMANDI TERRITORIALI

1.) *Intra imperii nexum considerato.*

Hactenus vidimus ius reformandi, ad principes ab ipsorum subditis *quasi* translatum; at ex hac parte quamuis fuerit expeditum, ab alia parte ipsis alia eaque difficiliora suboriebantur obstacula, ex *ipso illo arctiori imperii nexu*, quo omnes hi principes cum suis territoriis *vnam* constituunt *sub Augusta Caesarea Maiestate ciuitatem*. Illud enim axioma iuris, *illius, cuius regio, esse* quoque *religionem*, quod sub finem Sec. XVI adeo fuit decantatum, erat antea *illo nostratium sensu* fere inauditum; atque impugnabatur à *Papa* non minus quam *Caesare*, tanta cum veritatis specie, vt mirum non sit, primos reformatores status *circa hoc ius adeo anxie haesitasse*, quamuis a parte subditorum omnino non haberent, quod propter vllam difficultatem fluctuauerint *). Eo animosius *medios* insectabatur ab altera parte *Pontifex*; ab altera *Caesar*. Hic vniuersae *ciuitatis Germanicae* **): ille regni sui ecclesiastici

*) à SECKENDORF *histor. Luther.* L. I. Sect. 53. 54. p. 213. *seqq.*

**) Altius iusto radices egerat hic terror, quo agebatur Caesar, quem inde tanto cum labore legimus adnixum, vt impediret pro-

te-

ſtici interitum extimeſcens; vterque igitur, mox vnito mox diuiſo conſilio, nil reliquerunt intentatum ad reducendos immorigeros, papa, *qua Dei vicarius*: Caeſar, qua *fidei defenſor*; hic, *imperii caput*; ille *eccleſiae ſummus antiſtes*. In vtroque quaſi pro ara et focis certaminis aeſtus. Papa moliebatur diſſentientium, vt hoſtium, *interitum*: Caeſar potius *reditum*. Vnde conuocabantur in Germania tot colloquia, tot conuentus, quorum vero irritos labores tandem abrupit indies adaucta reſarciendi ſchismatis deſperatio *).

teſtantium auulſionem ab *eccleſiae nexu*, eam potiſſimum ob cauſſam, quo minus inde *diſſoluatur vniuerſae ciuitatis compages*. Hoc enim periculum ex illo religionis et reformationis diſſenſu vniuerſae reipublicae imminere, non vno ſatis clare aperuit loco; id quod teſtantur *Rec. Imp. Spir.* 1529. §. 8. *Auguſt.* 1530. §. 36. *Ratisb.* 1532. §. 3. et 1541. *Spir.* 1544. §. 77. *Auguſt.* 1548. §. 7. et 1555. §. 13. 25. Ex multis adducam tantum ſequentia Daß der Zwyſpalt der Religion nunmehr dermaßen beſchaffen, daß — nichts anders daraus, denn Verderb und Untergang des H. R. Reichs teutſcher Nation zu gewarten — — ſie möchten ermeßen, was unausſprechlichen Nachtheils und Unraths der löblichen teutſchen Nation aus Spaltung der h. Religion bißher erfolgt, was Schadens und Verderbens auch hinführo darvon zu gewarten, und daß derhalben zu Aufrichtung und Erhaltung beſtändiges Friedens, Rechtens und Einigkeit und Ringerung der Stände eingerißenen Mißtrauens ꝛc. cf. Stadt Nürnberg Entſchuldigung apud Hortleder L. 8. c. 1. p. 1313. etc.

*) Notanda hic ſunt verba BVCERI apud HORTLEDER L. I. c. 37. p. 315. Wir haben doch hievor dieſen jämmerlichen Umgang

vom

De tali religionis fato nunquam fuit cogitatum; multo minus, de iure quodam adeo eminenti circa religionem, ordinibus imperii competente; quum potius communis esset sententia, omnem religionis mutationem pendere à conciliorum decretis. Ipsum igitur *Imperii Regimen* non dubitabat, apertis verbis asseuerare „, *neque* „ *Caesaris, neque ordinum esse, veterem et à maioribus ac-* „ *ceptam religionem immutare, nisi vel per generale vel to-* „ *tius nationis concilium* „ *). Quae igitur *ne Caesaris quidem* erant, eo maiori cum iniuria sibi sumere videbantur imperii ordines, quorum iura, quaecunque sint, à Caesare deriuanda esse credebantur. Omnem igitur litigiosam religionis caussam ad decisionem futuri concilii esse suspendendam, communis omnium erat persuasio. Inde fluxit circa ipsam reformationis tolerantiam prima illa *Ordinum meticulositas*, ob quam speciosiori illo praetextu, *multo maiora ex prohibitione* reformationis *violenta, metuenda esse mala*, aduersus Caesaris criminationes sese defendere; maluerunt, quam vlla iuris specie *). Eo ve-

ro-

vom General zum National, vom National zum Reichstag, und dann vom Reichstag wiederumb zum General vom General zum National, vom National zum Reichstag in zwanzig Jahren siebenmal gangen — Wollen wir nun für und für dem Schwindelgeist statt geben und also Umgänger seyn ꝛc.

*) SLEIDAN'VS L. VI.

*) à SECKENDORF. l. c. L. I. p. 213. II. p. 42. SLEIDANVS Lib. IV.

ro maiorem iuris ſpeciem habebat aduerſus LVTHERI molimina *Caeſaris* auctoritas, quippe qua contendebat ſeſe eſſe inſtructum, vt *antiquae fidei defenſorem.* Vnde fluxit, ipſa religionis controuerſia *interea* ad futurum vſque concilium ſuſpenſa, aduerſus imperii ordines, non ſine vſurpatae poteſtatis ſuſpicione reformatores, ſpecioſa illa Caeſaris animoſitas; illa LVTHERI *proſcriptio;* illud *Wormatienſe edictum;* illud *Auguſtanum decretum;* illa *Iudicii cameralis in Lutheraniſmum auctoritas;* illa *Cleri Colonienſis in praeſulem ſuum temeritas*, eo tandem progreſſa, vt non dubitaret, reformaturum *Hermannum* non modo coram pontifice, ſed *ipſo* quoque *Caeſare*, *eccleſiae Dei ſummo aduocato et protectore*, accuſare *).

Adeo litigioſum incertumque fuit ex *imperii nexu*, illud reformandi ius, vt *hactenus in reformanda eccleſia vſitata per totum imperium praxis* ad abſtergendam omnis vſurpationis ſuſpicionem quam maxime opus haberet *publica ex conſtituenda imperii lege auctoritate.* Accedebat tandem, multo cum labore quaeſita, haec publica imperii auctoritas, ex *conſtituto Pattauienſi pacto* et *pace* ſic dicta *religioſa*, quippe qua, ſolidiori multo ac firmiori, quam ſuperioribus annis, 1529 *Spirae*; 1532 *Norimbergae*; 1544 *Spirae* factum fuerat, modo, ad illius iuris exercitium hactenus deſideratum *Caeſaris* et *Imperii conſenſum* impe-

*) SLEIDANVS l. XVI.

trauerunt *proteſtantes imperii ordines*. Digna, quae probe conſiderentur, ſunt verba huius *primi libertatis Euangelicae palladii*, huc quam maxime referenda*).

Und damit ſolcher Fried (Landfried) auch der ſpaltigen Religion halben — deſto beſtändiger zwiſchen der R. K. M. uns, auch Churfürſten, Fürſten und Ständen des h. Reichs teutſcher Nation angeſtelt, aufgericht und erhalten werden möchte: So ſollen die K. M. wir, auch Churfürſten, Fürſten und Ständen des h. R. keinen Stand des Reichs von wegen der Augſpurgiſchen Confeſſion und derſelbigen Lehr, Religion, und Glaubenshalb, mit der that gewaltiger weiß überziehen, beſchädigen, vergewaltigen, oder in andere Wege, wieder ſein Conſcienz, Wiſſen und Willen, von dieſer Augſpurgiſchen Confeſſions-Religion, Glauben, Kirchengebräuchen, Ordnungen und Ceremonien, ſo ſie aufgericht, oder nochmals aufrichten möchten, in ihren Fürſtenthümen Landen und Herrſchaften, dringen, oder durch Mandat, oder in einiger anderer Geſtalt beſchweren oder verachten, ſondern bey ſolcher Religion — auch ihren Haab Gütern, Land, Leuten, Herrſchaften, Obrigkeiten, Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten, ruhiglich und friedlich bleiben laſſen, und ſoll die ſtreitige Religion nicht anders, dann durch chriſtliche freundliche, friedliche Mittel und Wege — zu Vergleichung gebracht werden.

At

*) R. A. zu Augſpurg 1555. §. 15.

At volentibus nodi in scirpo sunt. Odii ex religionis dissensu indies crescentis scintillae tandem in nouas eruperunt funestissimi belli illius tricennalis flammas, quibus tandem extinguendis suffectura quum perquirerentur remedia, inter primas pacis consultationes ab Euangelicis mature cogitatum, et summo cum studio laboratum fuit de nouo publicae sanctionis robore, quo suffulciretur illud reformandi ius, tanto cum labore olim quaesitum, et hinc inde variis tentaminibus labefactatum. In limine igitur tractatuum, *religionis grauamina* exponentes nostrates, de iure reformandi, olim iam satis dominis territorialibus vindicato, sequenti modo disseruerunt *)

— = — Daß die Bestellung und Anordnung des publici exercitii religionis, KirchenOrdnungen, Ceremonien, und was dem ferner angehörig, immediate von dem iure territoriali dependire, vermag der Religion-Friede 1555. ausdrücklich, und habens Churfürsten und Stände ihnen allbereits 1526. vorbehalten, in ihren Landen es also zu verordnen, wie es gegen Gott, und die R. K. M. zu verantworten. Den A. C. Verwandte ist zu allen Ueberfluß 1541. mit guten Wissen und Willen der Catholischen, von Kayser Carolo V. eine absonderliche Declaration hierüber gegeben, und 1544. den Evangelischen Stiftern und Clöstern sowohl, als den Catholischen providirt worden:

*) Westphälischer Friedens-Handlungen T. II. ad a 1646. p. 525

daß die Renten und Zinsen, so ihnen aus andern Fürstenthümern und Landen gebühreten, unweigerlich solten gefolget werden, und weil die Evangelischen, solchem ihren iuri, bey Schliesung des Rel. Friedens niemals renunciiret, auch im R. Fr. wie, K. M. in Dero Resolution selbst anführen, eben dieses fundiret, daß die cura religionis und derselben Bestellung dem domino territorii gebührt, so kan ja niemand verleugnen, daß den Evangelischen noch diese Stunde frey stehe, dasjenige, was zu Bestellung des publici exercitii religionis gehörig, christlich zu disponiren, KirchenOrdnungen zu machen, und mit den zur Geistlichkeit gewidmeten und in ihren Lande gelegenen Gütern solche Verfügung zu thun, u. s. w.

Atque sic tandem sancita pace, eaque constituta noua imperii lege, *hoc ius reformandi*, ex communi per totum *imperium hactenus vsitata praxi*, *immediatis imperii statibus* competens, comprehensa immediata imperii nobilitate, iisdem *denuo* fuit vindicatum et corroboratum, ita, vt ipsos, *publicum religionis exercitium in suis territoriis*, eo modo, quo fuit quaesitum, et sub illis limitibus, quibus fuit hac noua imperii lege confirmatum, *reformandi* et *definiendi iure*, gaudere, non modo *qua territoriorum dominos*, sed etiam *qua imperii principes*, extra omnem dubitationis aleam positum sit *).

SECT. VII.

*) Vid. Art. V. I. P. O.

SECT. VII.

DE IVRIS REFORMANDI VI ATQVE POTESTATE.

Quid *ecclesia* sit; quid *reformare*, et quidem ex *diuersa* Catholicorum et protestantium sententia; quodnam iuris reformandae ecclesiae *subiectum*, et *esse possit*, et in Germania *reuera sit*, hactenus exposuimus. Superest in hac dissertatione, quasi *praeliminari*, vt quaedam coronidis loco subiungamus de huius iuris reformandi vi atque potestate, vnde demum constet, *quibus finibus regatur illius exercitium*.

Per se iam patet, reformatione *absoluta*, reformandi ius quiescere, donec *noui* errores atque abusus *deformauerint* ecclesiae faciem, nouo labore redintegrandam: reformatione vero *magis inchoata*, *quam perfecta*, huius iuris exercitium *eousque* esse *continuandum*, *donec res confecta sit*. Errores igitur atque abusus solos afficit illud reformandi ius, siue *relictos* siue *denuo prognatos*; atque *hoc respectu* iure quidem asseuerare mihi videor, reformandi iuris exercitium *non alio*, nisi quem *ipsa veritas ponit*, *limite* esse circumscriptum. Quoniam vero *adeo diuersa* circa abolendos errores atque abusus, et redintegrandam veterem ecclesiae formam, inter principes reformatores in Germania *fuit persuasio*, vt cum alterius re-

for-

formatione necessario coniuncta esset, quam altera pars instituerat, reformationis destructio: atque inde protestantismi fere vniuersus extimescendus esset interitus; *deinde*, quoniam, scissione ecclesiae semel facta, *plures* subinde progignebantur *sectae*, quae, vt ipsis in Germania religionis exercitium permitteretur, *Caesari et Imperio* non visae fuerunt dignae: *hoc duplici respectu* Artic. V. et VII. I. P. O. *duplici* quoque *limite* circumcribebatur reformandi ius, ita, vt 1) respectu Catholicorum et Protestantium *ecclesiae reformatio* et *religionis exercitium eo sensu et modo* et in posterum obtineat, quo anno 1624 obtinuit; 2) *praeter tres nominatas prorsus nulla in nullo territorio vel recipiatur vel toleretur religio.* Hos limites adeo distincte definitos, nemo non videt, esse tantae auctoritatis, vt ipsos transgredi, inuita altera paciscentium parte, *nefas sit. Hos* limites fluxisse vides ex *imperii nexu*: *illos*, quos primo loco vidimus, facile deriuaueris ex *notione reformationis*, de qua inter *vtramque partem* reformatorum conueniisse, *sect.* 3. asseruimus. Addo *tertio* loco *alios*, quibus *catholici*; *alios*, *quibus* protestantes principes in hoc iure reformandi exercendo ex *diuerso vtriusque religionis systemate* sunt circumscripti. *Hoc* enim *respectu*, *eo*, quem vtriusque partis maiores in adquirendo iure adoptauerunt *sensu*, vtrique illud exercere licet.

Catho-

Catholici igitur reformatores, vbicunque per annum normatiuum reformare licet, non possunt aliam introducere religionem, quam ab *ecclesia* approbatam et definitam, ita, vt ab ecclesiae decretis vel vnguem discedere, ipsis nefas sit. Principes contra *Protestantes* non aliam possunt introducere religionem, quam *Christi et apostolorum doctrinae iudicant conuenientissimam*, ita vt ab hacce *vnica* fidei norma discedere, apud ipsos nefas putetur. *Illi* igitur pendent a decisione vniuersae ecclesiae, in qua ipsis adquiescendum est; *hi* pendent vnice ab ore Christi et apostolorum, limpidissimo sanctioris doctrinae fonte. *Illi* hauriunt sacrae scripturae mentem a receptis interpretationibus, ab ecclesia approbatis: ab *his* dulcius ex ipso fonte bibuntur aquae. Illi praeter omnes limites supra memoratos tenentur intra arctissimos, quos ecclesia posuit, cancellos, et magis reformationis ab ecclesia institutae executores, quam ipsi reformatores sunt: *Nostrates* vero, vindicata Christiana libertate, sequuntur, rationem, sacram scripturam, conscientiam. Hos igitur *eminentiori*, quam apud catholicos, et multo *saniori*, quam quo papa gloriatur, sensu, iure meritoque dixeris esse *publicae religionis auctores*, *defensores* et *custodes*, dum eam introducunt ecclesiae formam, quam, *probe ponderato rei argumento, adhibitisque bonorum et perspicaciorum virorum consiliis*, et *populo consentiente*, iudicant, *conscientia duce*, *teste*, *ac iudice*, *sacrae scripturae et rationi*, atque ita primitiuae ecclesiae *conuenientissimam*.

Prono inde alueo promanare mihi videtur quae, qualis, quanta in *ipsa ecclesiae symbola* sit *principum nostrorum potestas*. Ex natura symboli et historia satis clare patet, eos ipsos, qui in territoriis publica auctoritate *fidem* reformauerint, *et symbolicos libros*, quippe qui fidem ecclesiae specificam exprimunt, curauisse *componendos*, quorum igitur *custodia* non minus, quam ipsius publicae religionis cura, penes eosdem principes est. Constituta igitur ecclesiae forma, semel confecto symbolo, *principis* est, videre, vt *publica in ecclesia doctrina* symbolo sit conformis. *Singulorum quidem religio* vt eidem omnino respondeat, non est necesse, neque ex iure reformandi fluit vlla, *singulos*, vt nonnisi symbolicam fidem et ecclesiae doctrinam specificam spirent, *cogendi potestas:* immo potius *tolerandi* ciuem a territorii religione dissentientem princeps: et principe non tolerante dissentiens ciuis *emigrandi*, iure gaudet. Longe vero alia publici in ecclesia doctoris ratio est. Qui enim hoc munere perfungitur, ille ex singulari publici muneris ratione, multo *arctius*, quam ceteri, ad doctrinam symbolo conformem adstrictus est, ita, vt, nisi forsan *mutata ipsa fide ecclesiae specifica*, atque eam ipsam ob caussam *mutato symbolo*, nisi *doctoris singularis fides in ipsam transierit ecclesiae fidem specificam*, et *doctoris religio, hactenus heterodoxa, ita fiat orthodoxa*, vt, inquam, imperans iure quaesito gaudeat, doctorem publicum, ipsius conscientia duce, a fide ecclesiae et symbolo dissentientem, *vel* ab vlteriori religionis singularis professione publi-

publica prohibendi, *vel* propter nimium reluctantem ipsius conscientiam inobedientem, publico docendi munere dimouendi. *Hactenus* princeps jure suo vtitur, nec infert iniuriam; multo minus *ab officio dimotus* doctor heteroxus habet, quod principem *vllius in conscientiam dominatus* accuset. Ea quoque fuit olim nostratium praxis, eamque potestatem principibus iure competere, non dubitauerunt ipsi theologi, boni viri, vt exemplum docet BVCERI, cuius sententiam hoc loco commemorasse iuuat *). Verum enimuero id genus heterodoxos doctores propter ipsam heterodoxiam, quae quandoque sapientis quidem laudem, publicam tamen censuram, nunquam vero vel leuissimam ciuilis imperii poenam promeretur, ab officio dimotos sibi, *suae fortunae*,

*) Vid. HORTLEDER T. I. cap. 37. p. 344. — Und aber, der Almächtige Gott den Obrigkeiten die das Schwerd tragen, alle Seelen underthan hat, daß sie denselbigen, zu allem, das ihr Verderben abwenden und ihr Heil fördern mag, ihres besten Vermögens verhelffen sollen, So wird warlich der Allmechtig Gott von allen Obern erfodern, daß sie ihre Geistlichen dahin mit Ernst halten, daß sie die so nothwendige Reformation in Lehre und aller Haußhaltung der Kirchen thätlichen fürnehmen, und ins Werck bringen. Und wo sie daran seumig, oder solche gelehrte und in geistlichen Sachen erübte Herren seynd, (wie sie dann das mehrer Theyl seynd) daß man sie nit reformieren kan, — — — das die Obern alsdann andere berufen und verordnen, die zu solchem Werck von Gott begabet, verständig, willig und eyfferig seyen.

inopiae, *contemtui* vel *opprobrio* aliorum relinquere, *a ratione* non magis, quam *a mente euangelii* et *noſtratium*, credo fore valde alienum; et quam maxime verendum, vt ius eum in modum exercendum, ſi non ſemper cum *veritatis* indies magis magisque eruendae, certo certius tamen *libertatis illius* conſcientiae magno detrimento, in ſummam abeat iniuriam; verendum, vt multi inde a veritatis ſtudio non ſatis commendando deterreantur: verendum id genus heterodoxi ex ictu, quamuis ſubtili, in ipſas conſcientias dominatum ſentiant, et ſatis habeant, quod multas doleant conſcientiae anguſtias. Facilis inde mihi videtur delapſus in illam iniuriam, cuius tantopere accuſauerunt *Noſtrates* pontificios, tanta cum iniquitate contendentes, quemcunque ſacro beneficio inter ipſos dotatum, propter *religionis diſſenſum*, eodem eſſe prorſus priuandum; quippe quas vtriusque partis publicas contentiones vberius recenſet *Lehmannus Act. Pac. relig.* T. I.

FINIS.

IO. CHRISTIAN MAIERO
I. V. CANDIDATO, ET PHILOSOPHIAE MAGISTRO
S. P. D.
IOACH. ERDMANN SCHMIDT, D.
PRAESES.

Egregio, quo in litteras incumbis ſtudio, et quo magis, ac natalium ſplendore a ſe inuicem diſtinguuntur homines, id effeciſti, DOCTISSIME MAIERE, vt quam apud *Tubingenſes* in philoſophia, olim meruiſti lauream, nunc eandem apud nos in vtroque iure merearis. Diſſertationem in hunc finem conſcriptam, quam mihi Praeſidi tradidiſti, illam tibi reddo, qualem accepi. Nolui auctoris verba mutare, nec quicquam aliud, niſi ſinceram de nouis honoribus gratulationem addo. Seruet te Deus, et vt omnia tibi feliciter eueniant, benigniſſime faxit. Scribebam

Ienae die VI. Maii CIↃIↃCCLXXI.

Jena, Diss., 1770-71

ULB Halle
004 216 091
3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169031-p0075-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169031-p0076-4

E. 5. num. 4
1771,8
15
P. 355

DISSERTATIO INAVGVRALIS
DE
STATVVM IMPERII ROMANO
GERMANICI
IVRE REFORMANDI

CVIVS
PARTEM PRIOREM
EX DECRETO ILLVSTRIS ICTO-
RVM ORDINIS
PRAESIDE
IOACH. ERDM. SCHMIDT D.
IVR. PVBL. ET FEVD. NEC NON HISTOR.
PROF. PVBL. ORDIN. ORDINIS IVRIS CONSVLTORVM ADSESSORE
DVCIS SAXO - GOTHANI CONSILIARIO IVSTITIAE INTIMO
VNIVERSITATIS H. T. RECTORE MAGNIFICO

PRO DIGNITATE DOCTORALI
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTIT
DIE XI MAII CIƆIƆCCLXXI.
IO. CHRISTIAN MAIER
PHILOS. MAG. ET SOCIETATIS IEN. TEV-
TON. MEMBRVM HONORARIVM

IENAE LITTERIS KIRCHNERIANIS.

KONTRIED. UNIVERS. ZVHALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-169031-p0077-0